



Disputationes in hoc Tomo  
exhibitae.

1. De usu actionum poenitentiarum juris romani in foro Germaniae.
2. De pseudo privilegio pupilli, conuenti contraria actione negotiorum gestorum.
3. De pactis dotatibus ad Ius statutarium Hamburgense.
4. De fidei Juridicione.
5. De quare consuetudinis et observantiae.
6. De iure injusto Herodipetarum.
7. De Iusta Iuris paterni Romanorum secundum mores Germaniae et Ius Boruss.
8. De criminis bigamia.
9. De legitima concubitis.
10. De hominibus propriis et liberis Germanorum.
11. De interpretatione beneficiorum Principis.
12. Moram cum iure scripto coatefactio.
13. De arrhis omnionum.
14. De Noricorum causis ad imponendam legitimam.
15. De Jurisdictionis et Magistratus differentia secundum mores Germanorum.
16. Non ens actionis forensis contra aedificatorem ex aemulatione.
17. Larva Legis et quælia detraicta.
18. De Quafi emancipatione Germanorum.
19. De origine sucoffitionis testamentariae.
20. De tortura et foris Christianorum per se rebenda.
21. Prima initia sucoffitionis testamentariae apud Romanos.

af

+

*SB 40.*

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIS GENTIUM,  
DE  
**TEMPLARIORUM**  
**EQVITUM ORDINE**  
**SUBLATO,**

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, AC DUCATUS MAGDEBURGICI  
GUBERNATORE &c. &c.

IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA,  
Ex decreto Illustris Facultatis Iuridice  
PRAESIDE

**DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCTO,**  
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSIL. & PROF. PUBL.  
h. t. DECANO,

*PRO LICENTIA*

Summos in utroque Jure honores & DOCTORALIA  
Privilegia legitime consequendi,

IN AUDITORIO MAJORI,

Horis ante- & pomeridianis,

*Solemni Eruditorum Disquisitioni submittit*

**JOHANNES JACOBUS STIPPE,**  
Iserlohnâ Marcano-Guestphal,

*ad D. 1. Aug. M DCC V.*

---

HALÆ, LITERIS SALFELDIANIS.

VIRO PERILLUSTRI  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO,  
**GOSWINO FRI-**  
**DERICO DE VOSS,**  
à Rodenberg &c.  
SUÆ CELSITUDINIS REGIÆ,  
VIDUÆ ELECTRICIS PALATINÆ  
SUPREMO AULÆ PRÆFECTO,  
**DN. PATRONO SUO,**

Humillimo Devotionis cultu ad cineres usque  
venerando, Dissertationem hanc Inauguralem  
sacram facit

JOHANNES JACOBUS STIPPE,



B. C. D.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIS GENTIUM,

De

# TEMPLARIORUM EQVITUM ORDININE SUBLATO.

§. I.

Templariorum Militum Ordo ab Factum de Hugone de Paganis & Gaufredo de quo queritur. S. Aldemaro Anno 1118. Hierosolymis institutus fuit, sub eâ professione ut vias & itinera maximè ad salutem peregrinorum contra latronum insidias, pro viribus conservarent. Atque hi quoniam iuxta templum Domini in Palatio Regio mansionem habebant, Fratres Militiae Templi seu Templarii sunt appellati. Successu temporis maximis divitiis & bonis aucti Principum ac Regum æmuli, horum odia gravissima sibi attraxerunt. Tandem variis iisque horrendis

A 2

rendis

4 DISSERT. IN AUG. JURIS GENTIUM,

horrendis criminibus insimulati, Philippo Franciae Rege procurante, Anno 1307. comprehensi, ac partim confessi, partim per testes convicti, plerique vivi igne cremati sunt, tandemque in Concilio Viennensi à Clemente Pontifice V. Templariorum ordo abrogatus, eorumque bona Hospitalariis concessa sunt. In Anglia etiam uno eodemque die, hoc est, 4. Idus Januarii Anno 1307. de mandato Clementis Pontificis, ad instantiam Philippi Regis Franciae comprehensi, deinde variis pœnis addicti, eorumque bona Hospitalariis pariter concessa. <sup>a)</sup>)

*Status con-*

*troversie.*

*Non agi hic*  
*primario de*  
*abolitione*  
*quacunque*  
*Ordinis Tem-*  
*plariorum,*  
*sed de aboli-*  
*tione per*  
*supplicia &*  
*lanienas.*

**J. II.** Dum vero de facti hujus justitiâ Scriptores dissentient, isque dissensus nobis dignus fuit visus, quem Dissertatione hâc ex principiis juris Gentium examinaremus, ante omnia videndum est, quid in controversiam veniat. Nimurum id quidem in genere constat, hoc loco quæri, an iuste sublatus sit Ordo Templariorum, nec ne? Sed alia est quæstio de abolitione ordinis per extinctionem insignium & reddituum, item per commutationem generis vitæ, alia de abolitione per supplicia & lanienas. Ad priorem modum forte aliqua via & ratio reperiri poterat, cum non sit negandum, talem fuisse vitam Templariorum & statum, ut de reformatione debitè factâ, forte (nam & eâ de re quædam, quæ pro Templariis afferri possint, infra suo loco <sup>aa)</sup> inspergemus) non adeo magnas con-

quæ-

<sup>a)</sup> In his circumstantiis ferè consentiunt, & qui Templariorum causam agunt, & qui factum Philippi & Clementis probant. Autores plures citant Cangius in *Glossario*, Hoffmannus in *Lexico Universali*, Morerius in *Dictionario*, voce *Templarius*. Gurtlerus, in *Historia Templariorum*. <sup>aa)</sup> §. 26.

DE TEMPL. EQUIT. ORDINE SUBLATO.

querendi rationes Templarii habuissent. Sed tamen in præsenti primariò de posteriori quæstione nobis erit dispiciendum. b)

§. III. Unde nec sermo nobis erit, de innocentia singulorum, multo minus approbare possumus illorum sententiam, qui in Martyrum classem retulerunt, qui isto processu trucidati sunt. c) Fuere non nulli, imò plerique mangnis vitiis evructi. Sed alia de qua hic controvertitur, quæstio est; An totus ordinis vitiis non quibusvis & criminibus, sed illis, de quibus accusati & condemnati sunt, fuerint commaculati, annon potius ordo & quidem plerique ex ordine intuitu criminum, de quibus sunt accusati & condemnati fuerint innocentes?

§. IV. Unde cautè est tractanda, quæ hic immisceri solet quæstio, de intentione Philippi Regis Galiae & Clementis Papæ V. Nam si ostensum fuerit, prævis cupiditatibus horum Principum tribui debere totum hunc exitum Templariorum, juvabitur quidem Templariorum causa. At non statim justificabitur processus adversus Templarios, etiamsi monstretur, Re-

A 3 gem

b) Conf. Boëc. in Excerpt. controversial. Illystr. Ex. 4. p. 17, 18.

c) Vid. Naucl. genet. 44. quem citat in s. ratione dubitandi pro Templariis Boëc. p. 244. d. l. p. 21. Quamvis dubitem, an recte exciperferit Boëc. quod judicio multorum, pro martyribus fuerint habiti; Id quidem tradit Johannes Villaneus ap. Limn. Tom. I. addit. ad Lib. 6. c. 2. p. 37. in fine monachos & alios religiosos homines, quorundam Templariorum combustorum veluti facrorum Martyrum cineres collegisse. At hoc non est, eos pro Martyribus habere.

6 DISSERT. INAUG. JURIS GENTIUM,

gem & Papam opiuione & persvassione justitiae fecisse  
quicquid fecerunt. d) Nam poterit etiam bonâ fide quid  
fieri, quod regulis justitiae repugnat. Summum jus sum-  
ma injuria. Et maximi justitiae promovendæ conatus  
ac persvassiones DEO gratum quid faciendi, sæpiissimè  
injustissima quæque perpetrarunt, ob conscientiam  
erroneam & ignorantiam doctrinæ de justo & in-  
justo.

§. V. Cum autem versemur in materia morali &  
*Frustraneum* juridica , frustraneum arbitror monitum nonnullo-  
monitum Bœ- rum e) quale judicium hic ferri possit , aut non ferri.  
cleri, hic non ferri posse Non ferri potest , inquiunt , judicium per omnia , ut vo-  
judicium sci- cant scientificum : non modo propter communem scientie  
entificum , talis defectum , qui , ut sunt humana variis tricis & impe-  
sed partim dimentis obnoxia , plerumque in causis majoribus occurrit ;  
moraliter sed quod acta judicialia ad eum modum , qui ad viden-  
certum , par- tam cause justitiam aut injustitiam sufficit , non sunt pu-  
tim veri- blicata. Idque intelligi quidem imprimis debet de cause  
mile. universa , tum etiam de causis singulorum Templariorum .  
Regum quoque bac in re consilia occulta nemo satis assequi-  
tur. Ferri potest , quatenus moraliter certum est , totum  
ordinem non potuisse iactatis criminibus infamari & damna-  
ri , presertim suppicio capitali de plerisque inauditis & in-  
defensis exacto . Nam hec indubia est injustitia . Cetera  
conjecturis debentur , que in summa controversie potius  
pro templariis videntur occurrere . Neq; otiosum saltem  
est talia monere hoc loco , sed & ipsa hæc monita va-  
riam

---

d) Conf. Bœcl. d. l. ref. ad rat. 2. contra Templarios , n. 4. p. 19.

e) Bœcleri d. l. p. 21. seq.

riam censaram inerentur hic saltem brevissimis ex-pediēdam,

§. VI. 1. Si per judicium scientificum intelligi-*Et insuper  
tur scientia mathematica, nullum est dubium, res mo-  
rales & mathematicas habere diversas demonstratio-  
nes, si vero eo respexit Bœclerus, moralia plane non  
cadere sub demonstrationem, quæ communis Ari-  
stotelicorum sententia est, falsitas hujus hypotheseos  
hodie post doctrinam Pufendorffii f) pro evidenter  
demonstrata habetur. 2. Moralis certitudo (in ma-  
teria politica vel juridica, ut hic) & conjecturæ ac ve-  
risimilitudo sibi invicem parum commode opponun-  
tur, cum omnis talis moralis certitudo nitatur conje-  
cturis, g) etiam illa, quod totus Ordo non potuerit  
jactatis criminibus infamari, ut infra suo loco videbi-  
mus. Etsi non diffiteamur, in morali certitudine dari  
gradus, ac unam conjecturam fortiorem inferre ve-  
risimilitudinem quam alteram. 3. Quod Bœclerusdi-  
cit, humana variis tricis & impedimentis esse obno-  
xia, verum quidem est, sed propterea non sequitur,  
in ejusmodi rebus non locum habere posse scientiam,  
cum tota Jurisprudentia nostra occupata sit circa aetio-  
nes humanas, & tamen recte dicitur, justi atque inju-  
sti scientia, aut, si scientiæ voce velis in significatu  
Aristotelicorum uti, si maximè scientia hic locum non  
habeat, locum tamen habebit fides, quæ in moralib-  
us & jure scientiæ æquipollit & æqualem attentio-  
nem, majorem vero prudentiam & majus judicium  
requirit,*

f) de J. N. & G. Lib. I. c. 2.

g) vid. Dn. Praes. Dissertat. de fide jurid. c. 1. §. 9. II.

requirit, quam scientiæ mathematicæ & similes. 4. Si per causas majores, ut videtur, Bœclerus actiones Regum intelligit, ac in ea opinione est, ac si Regum actiones difficilis possint examinari, quam actiones privatorum, in eo satis aperte fallitur, cum Principum actiones earumque circumstantiæ regulariter minus soleant esse occultæ atque actiones privatorum. b) Unde & 5. limam meretur, dum in sequentibus addit, quod Regum consilia occulta nemo satis asseqvatur. Reges sunt quidem homines eminentes, sed homines tamen, adeoque eadem est investigatio in eorum consiliis penetrandis, ac in inquirendis consiliis privatorum. Et quo majori potentia pollent, eo minus vel solent occultare consilia sua, vel, etiamsi velint, possunt, cum plures homines in eorum facta inquirere soleant, quam in actiones privatorum. Et ostendent insuper sequentia, quam parum occulta fuerint hac in re consilia Regis Galliæ & Papæ, et si eadem variis artificiis occultare allaboraverint. 6. Quod Bœclerus urget, acta judicialia ad eum modum, qui ad videndum causæ justitiam & injustitiam sufficiat, non esse publicata, in eo iterum fallitur. Ipsa confessio Scriptorum, qui factum hoc defenderunt, de circumstantiis hic momentum afferentibus, sufficit ad defendendos Templarios. Et si vel maxime Bœclero incognita erat publicatio actorum à Puteano facta, nunc tamen, postquam libellus Puteani in omnium manibus est, id amplius de hoc negotio afferri nequit.

§. VII. Sed

b) vid.Dn.Präsidis Kleine Deutsche Schriften n.10. p. 423.  
junctâ ejusdem Weiterer Erläuterung 16. c. 4. p. 220. seq.

Licitam esse  
inquisitio-  
nem mode-  
stam in ju-  
stitiam hujus  
facti.

§. VII. Sed forte non licet inquirere in justitiam facti hujus. Reges sancti sunt, & cum in genere de mortuis nonnisi bene sentire debeamus, multo magis id valebit, in Regibus defunctis. Ita quidem est, verum sanctitas Regum eò non est extendenda, ut in recensendis eorum factis veritati fiat præjudicium. Subditos primariò respicit sanctitas Regum, neque censuræ locus est in ipsorum actiones, quamdiu vivunt, id enim intuitu subditorum non modo periculosum, sed & indecens est. Mors uti omnia jura, ita & omnia sanctitatis illius oppositæ, si quæ sunt, privilegia tollit. Maximè Reges suos, etiam duros, venerari solent Galli, & tamen cordatores, ut Mezeræus & similes injustitiam facti non dissimulant. Ipsi Scriptores Pontifici, nisi aperte adulentur, non diffirentur actiones Pontificum injustas. Nos vero etiam si vi- verent Philippus & Clemens, ad subditos eorum non sumus referendi. Non decet sapientem in judicio ferendo affectui indulgere, & inventivis uti, etiam in di- judicandis actionibus privatis, multo minus in actionibus Principum; sed verba in factum utrobiq; tem- peranda. Non tamen propterea vitia humano gene- ri communia, ut cupiditas pecuniae, astutia, actionum injustiarum palliatio variis justitiae prætextibus, & similia, tacenda aut nominibus virtutum insignien- da sunt. Sed & de Regibus valet, quod sint homi- nes, & adeo nihil humani à se alienum esse arbitrari debeant. Denique, et si Reipublicæ literariæ non sit magna potentia, est tamen ejus maxima libertas, ut & de Regum ac Principum factis sententiam ferat,

B

eaqve

eaqve licentia absqve insigni Reipublicæ detimento ei nequeat auferri.

*Sed & uti-  
lem.*

§. II X. Astuefacienda est studiosa juventus in Academiis judicio ferendo, etiam de Régum actionibus, cum Academie debeat esse seminaria Reipublicæ, opus vero habet Respublica vel maximè Consiliarii, & qui factorum publicorum justitiam deducere & adverfarum partium injūstitiam ostendere scitè possunt. Igitur Iuvenes in ejusmodi negotiis præparandi ac exercendi sunt in Academiis; Non vero poterit id fieri commodius, quam si speciminum loco proponantur facta publica ac illustria, Principum fatis functionum ac exterorum, cum & prudentia & decorum non admittant, ut id de factis viventium fiat.

*De speciali  
usu hujus dis-  
quisitionis,  
sententia  
Gurtleri.*

§. IX. Atqve hoc usu communi & generali contenti esse malumus, quam multa de usu speciali quæsitionis præsentis differere. Veremur enim ut acculturatiōribus placeant ea, quæ de præsenti negotio quidam differunt; i.) Verane, an si cœla fuerint criminis, de quibus accusabantur templarii, quæsio est; cuius recta, definitio ad intelligendas judiciorum Dei rationes multum facit. Nam si omnino erant innocentes, negari hanc poterit, Pontificem Romanum, & reliquos Ecclesie Antistites in synodo coactos, reorum causas iniquâ interdum lance ponderare, & ira, odio, invidia, avaritia, aliisque affectibus abreptos, vel ignorantia, credulitate & suspicione occupatos judicare. Quod se vero sive omnia, sive aliqua patras vere sceleris, quorum insimulabantur aut omnes aut singuli,

i.) Nicol. Gurtlerus Histor. Templar. §. 194. p. 342. cons.  
§. 198. infine.

aut plerique, ii, qui conqueruntur, Romanae Catholicae Ecclesiae cum caput tum membra, cum Clercos tum Laicos & Ordines religiosos cum monasticos tum militares vitam aliquando vixisse turpissimam, sanctaque cum veritate infaciabilem, invictum habent argumentum, quo partem accusacionis istius confirmant. Quod si denique infastus ordo sine omnium & singulorum culpa est abolitus, invidia, potentiaque & calunnia oppressus, is, qui rem altius secum repetet, facile hinc colligit, ordinis institutum Deo non placuisse, eique nec peregrinationes religiosas, nec insanam Palestinae cupiditatem gratiam acceptamque fuisse;

§. X. Et enim ut taceamus quod de judiciis Divinis differere, magis ad Theologos (qualis etiam fuit Autor, unde dicta attulimus) pertineat, quam ad Jurisconsultos, sunt iudicia Divina in sensu Theologico actus Speciales Iustitiae Divinæ in peccatis hominum exemplariter vindicatis aut castigatis animadversi, ) unde parum commodè ad judicia Divina referuntur observatio, quod Pontifex & Clerus Pontificius in Synodus inique judicare soleant, quod item Pontifices & Ordines Ecclesiastici aliisque religioni Romanae addicti turpissime vixerint. Neque tales observationes opus habent disquisitione de iustitia extincti Ordinis Templariorum, cum de iis nemo, qui saltem aliqualem re-

*Que examinatur.*

B<sup>2</sup> rum

) Dn. Ioh. Christoph. Beermannus, *dissert. de judiciis Dei,* anno 1667, habita c. i. §. i. quam dissertationem (ut obiecerit notem) insigni plagio anno 1684, Francofurti suo nomine publicavit H. H. Meier quidam, & Electori Moguntino dedicavit, sub titulo; *De occultis Dei iudiciis.*

rum humanarum notitiam haber, dubitaverit. Præterea non video, quâ ratione connectatur argumentatio: Templariorum ordo permissione Divinâ, calumniis & invidiâ est oppressus; Ergo ordinis institutum & peregrinationes religiosæ in Palæstinam Deo non placuerunt. Supponit potius hæc argumentatio falsam sententiam, ac si eventus infelices probent consiliorum & actionum præcedentium injustitiam, quam ipse Deus in libro Iobi integro, ut qui in Canone est, oppugnat. Oppressio Christianorum sub Imperatoribus gentilibus, deductio Judæorum in captivitatem Babyloniam, non probant, quod Christianismus & institutio Reipublicæ Judaicæ Deo disdiscuerint. Et in genere monendum, pleraque argumenta de judiciis Dei esse multis dubiis obnoxia, cum regulis destituamur judicandi de singularibus ipsis, justitiae Divinæ actibus, & plerumque in uno eodemq; facto homines prout eum, cui adversi quid accidit, vel amarunt vel oderunt, contraria planè de judiciis Divinis judicia proferre soleant. Quare talia de judiciis Divinis argumenta circumspectiores, saltem illustrationis loco, aliis addere solent, non vero ut pri-maria proferre.

*Autorum p. ria sententia, tractamus, jam olim contraria scriptorum judicia, de causâ qvibusdam approbantibus extinctionem ordinis, qui-Templario- busdam inculpantibus Philippum & Clementem, rum. quod injustè condemnaverint innocentes. Eâque de re varia loca Autorum, jam suo tempore excerptis Philippus*

Philippus Camerarius *m)* & novissimè Gurtlerus *n)*  
 sed breviter & obiter quasi isti rem tangunt. Fui-  
 sius rem expendit Mariana *o)* ambigùè quidem scri-  
 bens, sic tamen ut sentias, eum id agere, ut Templariorum  
 defendat; quem postea exsripsiere Aubertus Mi-  
 raeus *p)* & Franciscus Mennenius. *q)* Rationes in utram-  
 que partem, proponunt Limnaeus *r)* & Bœclerus *s)*  
 sic tamen, ut appareat, eos inclinare in partes Tem-  
 plariorum. Apologiam Philippi IV. intendit, qui  
 Petri Puteani Bibliothecarii Regii Historiam condem-  
 nationis Templariorum post mortem ejus edidit *t)*  
 Gallicè scriptam, sed quæ, ut ostendemus distinctius,  
 parum apta est ad obtinendum finem propositum.  
 Unde non malè fecit Gurtlerus, quod & ipse sibi propo-  
 fuerit *u)* breviter quidem sed tamen diligenter tradere,  
 quid in causa hac sibi videatur verum, quid falsum,  
 quid certum, quid incertum, quid verisimile, quid item

B 3

dissi-

*m)* In Horis subcisis vi cent. 3. cap. 90.*n)* Historia Templariorum. §. 195. & 197.*o)* De Rebus Hispanicis Lib. 15. c. 10.*p)* Orig. Equeſt. lib. 1. c. 5.*q)* Delle. Equeſt. p. 99. uterque Autor extat in Gualteri libro II. Chronicor. Ecclesiastici.*r)* Tom. I. addit. ad lib. 6. c. 2. p. 36.*s)* Excerpt. controversial. illuſtr. Exempl. 4.*t)* Post mortem Petri Puteani à fratre ejus editam esse Hi-  
 storiam illam, patet ex prefatione ad editionem Parisi-  
 ensem anni 1685. sed hanc editionem non esse primam  
 certum est, cum iam anno 1665. iste Petri Puteani  
 tractatus in idioma Germanicum translatus fit.*u)* Histor. Templar. §. 198.

diffimile: ostendet tamen ipsa dissertatio nostra, ejus diligentiam, quam quoties ea uteatur semper indicabimus, & nostræ reliquissæ, quæ ageret, forte ideo, quia nullum alium finem sibi proposuit, nisi ut præterita Dei judicia rectè intelligeret, & de futuris eò prudenterius opinari disceret, x)

*An nobis timenda exceptio rei iudicatae & quod presumptio fuit pro iudice.*

§. XII. Neque frustra disputabimus de justitia aboliti ordinis Templariorum, cum in dissertationibus Academicis ex jure gentium non timeamus exceptionem rei judicatæ, & quod pro iudicibus stet præsumptio juris, quod rectè iudicatum fuerit. Hoc argumento plurimos acquieuisse, neque, ausos esse in dubium vocare autoritatem iudicij, immò id pro fundamento posuisse condemnandi causam Templariorum, notar Limnæus, & ex eo repetit Bœclerus. ) Sed non vidi tamen aut me legisse memini, quod ullus scriptor id argumentum expressis verbis urgeat, quamvis forte fuerint inter eos ita stupidi & doctrinæ de justo ita ignari, ut de justitia facti ob autoritatem rei judicatae dubitare non fuerint ausi.

*Responsiones Bœcleri re- jectæ.*

§. XIII. Unde mallem, ut Bœclerus, dum in talium gratiam respondere voluit ad eam objectionem, id melius fecisset, neque & hic ostendisset, quod, ut ex plurimis ejus scriptis patet, felicior fuerit in dubiis formandis, quam solvendis. Respondet vero tripli-citer: 1. Fuisse tamen ab eo tempore usque in hunc diem ante & post dissidium religionis, qui non recte iudicatum crede-

x) D. §. 198. conf. jam S. proced. dicta à nobis de iudiciis Divinit.

y) Locis modo citatis.

rent. Hic vero urgebit opponens haud dubie, eam responsonem non ferire argumentum, diffensem hunc facti esse, neque tollere atgumentum à jure non dissentendi desumitum. 2. Dicit: *Aliam esse questionem de abolitione Ordinis per extincionem insignium & reddituum & commutationem generis vita, aliam de abolitione per supplicia & lanienas.* Ad priorem modum forte aliquam viam reperiri potuisse, non item ad posteriorem. Sed & hic urgebit opponens, hanc obseruationem pertinere quidem ad formandum statum controversiae, 2) nihil autem facere ad tollendam objectionem, cum ne hilum quidem ad eam respondeat. Concludit 3, id impossibile esse moraliter, totum aliquem ordinem, pluris in auditis aut indefensis & haud dubie innocentibus, damnare & exitio adjudicare. Ipsam dubitationem judicio contra judicem suspicionem generare; cum prasertim ponatur fundamentum ad ferendam sententiam inutile & invalidum refer. Limno d. l. ex Alberico. Adde Paul. Empl. in Phil. Pulcrop. 421. Hic denique regeret opponens, hoc iterum non esse respondere ad rationem dubitandi oppositam, sed probare thesin contrariam, adeoque miscere officia respondentis & opponentis.

§. XIV. Igitur ut de his rationibus probandis a Boetiero adductis intra suo loco videbimus, ita magis pertinenter ad objectiones rei judicatae & presumptio- nis responderi potest, haec esse privilegia Reipublicae literariae, ut ipsas res judicatas & acta Regum ac Primorum examinet, adeoque exceptioni rei judicatae hic non

z) Quorsum & nos retulimus jam supra §. 2.

non sit locus. Præsumptionem quod attinet pro iudicibus, dici poterit, esse hanc præsumptionem etiam civilem & valere in Republica civili, non in Republica literaria, ubi ex natura communis corruptionis humani generis sæpe præsumptiones contrariæ contra iudices vincunt præsumptiones juris civilis. Jure Civili quilibet præsumitur bonus, Jure naturæ quilibet præsumitur homo; Homines autem natura insipientes sunt. <sup>a)</sup> Deinde etsidemus etiam jure gentium præsumendum esse pro iudice, erit tamen præsumptio non juris & de jure, sed juris tantum; id est, non est ratio infallibilis, quæ non admittat contrariam probationem. Ita judicatum est, ergo pro vero tamdiu habetur, donec ostendatur contrarium. Demus ergo & hoc dissentientibus, qui Templarios juste condemnatos esse arbitrantur. Non opus habent, ut præter provocationem ad acta & judicata nova argumenta sententiæ suæ afferant, sed incumbit onus probandi defensoribus Templariorum, sufficit ipsis, si respondeant ad rationes, quæ pro detensione adducuntur.

*Ex quibus Autoribus de tuis facti est elicienda, sic & in præsenti casu momenta cisionis modo detensionis pleraque si non omnia ex facto deducenda affenda erunt. Facta vero suppeditantur ab Historicis, & si Historicci dissentiant in circumstantiis facti, ante omnia videndum erit, quinam aliis sint præferendi. In quaestione præsenti, etsi non nulli firibant, quod eo*

*a) Vid. Dn. Präsid. Fundamenta Juris N. & G. modo publicata. l. 1. c. 3. §. 4. seq.*

tempore, quo ordo Templariorum fuerit abolitus, nullus Autor dubitaverit de justitiâ condemnationis, quamvis aliqui putaverint, quod forte cum uno & altero ex Templariis non ex regulis æquitatis actum fuerit b) ostendunt tamen Autores supra c) indicati, dubitasse omnino & veteres pariter & noviores autores. Unde defensores Regii d) inter alia fundamenti loco ponunt, Autores veteres sententiam judicium contra Templarios & ejusdem executionem damnantes maximâ ex parte aut schismaticos fuisse, aut inimicos Regis Galliae; recentiores vero esse hæreticos & nominis Gallici hostes, neutrî ergo fidem & integritatem adscribi posse. Quare ante omnia & nobis erit videndum, ut de talibus Autoribus nobis prospiciamus, adversus quos illa

C obje-

b) Citantur eam in rem ab Autore des verthâdigten Preussens Natalis Alexander (qui jam non est ad manus) *Tom. VII. Seculo XIV. Dissert. 10. art. 1. p. 503.* Petrus Puteanus in *historia damnationis Templariorum* Puteanus ubi hoc afferat, me legisse non memini. Natalis Alexander, si id afferuit, nescivit, quid scriperit. Si enim nemo dubitavit, ordinem justè esse condemnatum, id est, veras esse imputations & accusations ordini factas, nemo etiam potuit dubitare de justa condemnatione singulorum. *vide infra* §. 26.

c) *supra* §. 11.

d) Si Limnaeo d. l. p. 38. fidendum. Ipsi enim non observare potuimus, à quoquam hanc exceptionem esse formatam, & forte Limnaeus magis excerpere voluit, quid excipi forte possit, quam quid revera exceptum fuerit. Idem etiam monendum circa rationem 4. contra Templarios apud Boecl. d. l. utpote qua haud dubie ex Limnaeo fuit exscripta.

objectio non habeat locum, aut ostendenda objectio-  
nis illius impertinentia,

*Objectiones de inimicitia perswasio, ac si hominum vitiisorum aut inimicorum testimonium sit simpliciter rejiciendum.* Sed cum taga Gallos eorumque he- resi parum inferre.

§. XVI. Scilicet solet quidem esse communis (posito etiam, de quo tamen jure adhuc dubitatur e) quod hæresis sit crimen) nulla fides & integritas adscribi possit. Orta est hæc erronea illatio ex male intellectis textibus Juris Civilis de requisitis testimoniis agentibus, & ex confusione fidei historicæ & juridicæ. Quicunque ex istis fundamentis, non credendum esse testi in propria causa, inimico, perjuro, injurato in historia disputant, ipsimet quod in aliis taxant, committunt, testes scilicet cause, quam tractant faventes, diversæ inimicos, injuratos &c, producentes. g) Si qui in præsenti quæstione scriptores ideo rejicere vellent, quod Gallis inimici, aut hæretici sint; cogitare deberent, fautores Templariorum æquali jure adversus scriptores ab ipsis prolatos excipere posse, eos esse amicos Papæ & Regis Galliæ, aut certe Templariorum inimicos, & similiter (cum in dissidio religionis pars.

e) vid. D. Praesid. Dissert. An Hæresis sit crimen.

f) Fusius hoc ostendit Dn. Praes. Dissert. de fide juridicæ, c. i.

g. 59. C. 2. §. 54. 60. seq.

g) conf. d. Dissert. c. 2. §. 41.

pars utraque alteram soleat convitio hærefeos onerare) hæreticos. Sapiens in dijudicanda veritate historica non omittit quidem considerationem personæ, quis dicat, sed primario tamen oculos mentis eò intentos habet, quid dicatur, an id conveniat cum natura humana, cum genio personarum, de quibus agitur, an in circumstantiis sit connexio &c.

§. XVII. Deinde urgerem adversus illos, qui *Easque pæ-*  
talia opponerent, ut specialius mentem suam decla-*rum conve-*  
rarent, quem scriptorem pro schismatico, hæretico *nienter hic*  
Gallorum inimico haberent, atque insuper imputatio-*in scenam*  
nem hanc probarent. Communis Autor unde pleri-*producunt.*  
que narrationem circumstantiarum huc pertinentium  
hauserit est Johannes Villaneus, & qui Italica Villa-  
nei in suam historiam latinam transtulit S. Antonius  
uterque Italus & Catholicæ religioni addictus, nulla ex  
conjectura probabili Regi Galliæ aut Gallis inimicus,  
aut etiam si his foret, nulla ex ratione inimicus Papæ b)  
(cujus causa in hac controversia est commixta cum Re-  
ge Galliæ.) His vero sic præmissis, tum demum lo-  
cum haber, ac pondus afferit responsio Bœcleri, i) quod  
hæc inculpatio non valeat in omnibus. Ita certe

C 2

in

b) vide de utroque Dictionarium Morerianum.

i) in Excerpt. controvers. illustr. d. exempl. 4. respons. ad rat. 4.  
contra templarios. Sed hec, inquit, non dici possunt de Nau-  
clero, de Alberto Argent. de illis, quos sequitur Drexelius in  
Tribunali Christi lib. 2. c. 3. §. 2. De Auberto Mir. eo, cuius judi-  
cium. vide de Orig. Ord. Equest. p. 12. Nam si responsiones  
propositas à nobis non præmittas, urgebunt forte dissen-  
tientes, hos deceptos esse ab iis, quos descripsérunt, &  
sufficere, quod fontes sint inquinati.

in Mezeræum cordatum historicum Gallicum, nulla cadit suspicio, quod aut sit Gallis aut Regis Galliaæ inimicus, aut hæreticus aut schismaticus.

*Nos potissimum sequuntur conquerendi causam habeat, fundamenti loco ponamus Puteanus circumstantias facti, quas ipse Puteanus defensum, Mezeræum Raynaldum rationibus justis ostendere poterimus, cur ab eo receperimus. Sed quoniam tamen quasdam circumstantias & antecedentes & concomitantes, quæ non parum ad dispectionem præsentem faciunt, omittit, liberum erit nobis, easdem ex Mezeræo, qui, ut modo noravimus, nullâ ex parte suspectus esse poterit, supplere, & ad earum illustrationem scriptorem catholicum nostrorum temporum, adeoque nec schismaticum nec hæreticum, nec Gallis infestum Odoricum Raynaldum, Baronii continuatorem in subsidium assūmere, utpote qui pleraque hoc pertinentia ex primis fontibus prolixè adducit.*

*S. XIX. Igitur accusantur Templarii & quidem plariorum, communi quasi consensu, /) quod augmento & incremento divitiarum ambitione nimia aliisque vitiis multorum odia sibi comparaverint. Nimiæ divitiae horum equitum, ambitio intolerabilis, mores avari & irritantes Principes ac dominos, qui belli sacri causa in Palæstinam ibant, contemptus potestatum secularium & ecclesiasticarum, vita dissoluta & luxuriosa ac libidi-*

*1) Si Jacobum Vitriacum excipias, qui non nisi de virtutibus eorum loquitur, ubi tamen ferre possit Puteani conciliationem p. 4. & 5. inter tempora distinguentem.*

bidinosa eos communi odio exposuerant, & suppeditabant speciosos prætextus eorum exirminationem concludendi. Ita ratiocinatur prudentissime Mezeræus. <sup>m)</sup>

§. XX. Non dicit, quod hæ causæ fuerint præ-  
textus eos extirpandi, sed saltem eorum extirpationem <sup>Fuere pre-</sup>  
determinandi, i. e. quæ occasionem dederunt Philippo, <sup>textus remo-</sup>  
ut sibi proponeret, sub aliis prætextibus hunc Ordinem <sup>ti extirpan-</sup>  
extirpare; si enim sine his præcedentibus causis fuisset, <sup>di Templæ-</sup>  
capita accusationis non visa fuissent ulli homini credi- <sup>rios.</sup>  
bilia; at flagrante odio communi adversus Templari-  
os, istis ex causis prævidebat Rex credituros esse fa-  
cile homines capita accusationum, et si incredibilia,  
quia homines facile credunt de iis quos oderunt, quæ-  
cumque mala de iis ab aliis dicantur. Atque hæc ob-  
servatio ideo hic fuit ponenda, quia ista duo nonnun-  
quam à scriptoribus confunduntur, ut jam ex decla-  
ratione eorum, quæ ex Mezeræo summatim adduxi-  
mus, patebit.

§. XXI. Nempe divitias quod attinet, et si tan-  
ta fuerit initio paupertas fratrum, ut duo fratres uno  
equo usi fuerint, successu tamen temporis modico,  
non solum eorum numerus sed & bona ac possessio-  
nes ita augebantur, ut regiis opulentiis pares fierent,  
cum scilicet insano homines flagrarent amore Palæ-  
stinam visitandi, adeoque milites nostros, qui defen-  
sioni locorum sanctorum peculiari voto se adstrinxer-  
eant,

<sup>Eorum di-  
via unde?</sup>  
m) *Abregé de l' histoire de France Tome II. sous Philippe le bel.*  
pag. 800. De luxu & libidine eorum adde Gurtlerum  
§. 199.

rant beneficiis afficiendi. Adde, quod Templariorum Ordini Principes aliiq; primariæ nobilitatis viri se aggregaverint, &c, quò viverent commodius, simul opes suas in eorum ærarium contulerint. Hos inter benefactores ordinis etiam ex Regibus Galliarum memorantur Ludovicus VII. & Philippus. II. n)

*Superbie co-  
rum ac avar-  
itiae speci-  
mina.*

§. XXII. Superbie vero notam & avaritiae maxime incurserunt, quod cum primis initiis a Patriarchâ Hierosolymitano ordinis institutionem, mansionem, protectionem & omnia prima beneficia suscepérint, postea florente ordine à Pontifice impetraverint privilegium exemptionis, ut non amplius sub Patriarchâ obedientiâ, sed immediatè sub Papâ essent, unde à quibusdam cum Chamo, maledicto filio Noe, patrem contemporante comparantur: Imò ab aliis Papis decimas & primitias privilegiis acquisiverunt & ecclesiis subtraherunt. Hinc notari etiam solet, quod cum Richardus Rex Angliæ à sacerdote admoneretur, ut superbiam & avaritiam & luxuriam, quibus Aula ejus inquinabatur, ejiceret, vel ut sacerdos loquebatur, aliis nuptui daret, ne gravius à Deo puniretur, convocaris Regni proceribus dixit: Do superbiam Templariis & Hospitalariis, avaritiam monachis, & luxuriam ecclesiasticis prælatis cum clero. o)

*Quomodo  
Cleri odium  
sibi attraxer-  
int.*

§. XXIII. Non mirandum vero quod hoc pacto cleri odium inextinguibile incurserint, & quod Miratus

n) ut ex variis Scriptoribus & documentis probat Gurtlerus §. 89. 91. 113. 114. 115.

o) Puteanus p. 6, Gurtlerus §. 116. 119. 121.

ræus p) ista duo capita , tanquam primarias causas (scilicet impellentes v. §. 21.) Ordinis extincti memoraret. Itaque diu ante eorum extinctionem cogitatum fuit de eorum reformatione. Iam anno 1289, Papæ Nicolao IV. consilium datum fuit, uniendi Ordinem Templariorum & Hospitalariorum , & fertur, jam Papam ea de causa ad principes christianos & magistros ordinum scripsisse, quamvis tūm res effectu caruerit.  
q) Ipse Puteanus fatetur r) alium quendam Gallicum scriptorem paulò ante eorum extirpationem in tractatu quodam de recuperatione terræ sanctæ , annotasse ipsorum virtutem , & quod eorum divitiae planè sint iniutiles ad recuperandam Palæstinam, quodqve ea propter ipsis sint auferendæ , item quod ejusmodi reformatio toti orbi ostensura sit perfidiam ordinis Templariorum , & quod terram sanctam prodiderint.

§. XXIV. Scilicet quod perfidiam attinet, val- *Perfidia*  
dè culpari solent, quod Fridericum II. ipsi & Hospita- *Templario-*  
larii Soldano Babyloniæ prodiderint, & quod Sulta- *rum.*  
nus ipse hanc proditionem detestatus tuerit & literas  
eorum ad Imperatorem miserit. s) Sunt & quidam scri-  
ptores, qui ipsorum dolo imputant, quod anno 1250.

Ludo-

p) *Orig. Ord. Equest. c. 4. p. 10.* qui postquam ex Tyrio recen-  
suerit, quod Patriarcha obedientiam denegaverint &  
Ecclesiæ decimas subtraxerint, subjungit: *Quare sub Cle-  
mente V. Pontifice ordo penitus sublatuſ* & *quoiquo compre-  
hendi posuerit necati sunt.*

q) ex Osterhausio Dn. Beermannus in *Observationibus Germani-  
cicis de ordine Iohannitico cap. 1. in fine.*

r) d. l. p. 6.

s) ex Matthæo Parisi Mezeræus d. l. p. 5. & Gurtler, d. l. §. 261.

Ludovicus Rex Galliæ apud Damiatam à Soldano Babyloniiæ captus fuerit, & quod hoc caput etiam fuerit inter capita accusationis <sup>x)</sup> quamvis de utroque sint justæ dubitandi rationes. <sup>u)</sup>

*Vitia hæc &  
inculpationes, cur mi-  
nus aptæ ad  
accusandos  
Templarios?*

§. XXV. Addo quod facilè præviderent inimici Templariorum, quod ob ista vitia etiam si gravia & enormia non potuerit accusari ordo. Etsi enim istæ inculpationes aliis ansam dederint eos incusandi, quod cum Saracenis in Christianorum perniciem conspiraverint <sup>x)</sup>; tamen factum cum Friderico secundo à temporibus Philippi erat nimis remotum, & sic accusatio præscripta, & aliæ circumstantiæ sunt, quæ accusationem conspirationis cum Saracenis non reddebant verisimilem, partim quod à Saracenis subinde cæsi, fugati & toto procul orbe ejecti fuerint, partim quod potius studio rei Christianæ tutandæ conservandæque cum hostiis interdum inducias optarint aut fecerint, cum Barbaros viribus longè superiores esse cernebant <sup>y)</sup>.

*Et ne qui-  
dem ad abo-  
litionem Or-  
dinis incru-  
entam.*

§. XXVI. Quia imo ipsa vitia Templariorum de quibus constat tantum abest, ut ad accusationem criminalem suffecerint, ut ne quidem ad abrogationem ordinis

<sup>x)</sup> Continuator Tyrri apud Gurtlerum §. 192. p. 339.

<sup>u)</sup> de priore quidem, si quis consideret circumstantias, quibus factum, ut Rex Galliæ Ludovicus captus fuerit, narratas ab ipso Gurtlero §. 171. seq. De posteriore vero, quod inter capita accusationis à Puteano, & ab ipso Clemente Papâ recensita, id non compareat.

<sup>x)</sup> ut ex Plantina Mimeus d. p. 10.

<sup>y)</sup> Gurtler. §. 202.

ordinis fuerint sufficientia, minimum ex hypothesi & moribus illorum temporum. Nam prima illa perfidia non fuit totius ordinis, sed saltem quorundam ex ordine. Deinde, fac eos nimias divitias undecunque corrasas possedisse, possidebant & adhuc possident ordines alii ecclesiastici. <sup>z)</sup> Si propter superbiam nimiam, quam ipsis nuptui dederat Richardus Rex Angliae, debuisset ordo reformari, debuissent & Hospitalarii reformari, ut quibus simul nuptui data erat superbìa, debuissent monachi & totus clerus extirpari, ut quibus Richardus idem nuptui dederat avaritiam & luxuriam <sup>a)</sup>. Imo ipsi Hospitalarii socii erant Templariorum in perfidia erga Fridericum II. <sup>b)</sup>. Ipse Papa hujus perfidiae erat primarius autor & fautor <sup>c)</sup>. Porro quod Papa Templariis per modum privilegii concesserat exemptionem à Patriarcha Hierosolymitano & decimas, non poterat rationem suppeditare, cur emendandus esset ordo, nisi simul rationem dedisset, emendandi aut abolendi Papam, privilegia rationi adversa concedentem. Si ideo fuissent reformati Templarii quod eorum divitiae sint inutiles ad recuperandam Palæstinam, etiam reformari debuissent Hospitalarii & Teutonici ob eandem rationem. At Hospitalariis triisti reformatio Templariorum facta, accrefcebant bona Templariorum.

<sup>z)</sup> adde Gurtler §. 92.

<sup>a)</sup> Supra §. 22. in fine.

<sup>b)</sup> Supra. §. 24.

<sup>c)</sup> Ut pote qui omnium conjurationum adversus Fridericum autor primarius esset. Avent. lib. 7. Annal. Bojor & ex hoc Boxhornius Hist. universi p. 782, seq.

*Causa propria.* §. XXVII. Interim tamen fuere hæc, quæ hacten  
ar extinti memoravimus causæ veræ, et si non justæ extin-  
ordinis ava- &ti ordinis. Sed fuere causæ remotæ. Propior erat,  
ritia Philippi & ira Philippi Pulcri Regis Galliæ seu vindictæ cupi-  
Pulcri, *Huius* ditas, & avaritia ejus. Ante omnia videndum, an  
varia speci- Philippus fuerit vitio avaritiæ infectus. Ea vero de-  
mina. re plura testimonia adsunt. Mercatores Italici nimis  
usuris presserant populum. Rex pecuniâ opus habens  
gavisus fuit, quod sub prætextu justitiae illos pecu-  
nia posset emungere: adeoqve unâ nocte omnes, etiam  
innocentes, mercatores anno 1291, capti, ac pariter ut  
nocentes magna pecuniæ summâ multatâ sunt, & sic  
justitia in latrocinium versa est. *d)* Similiter anno 1308.  
Judæorum bona confiscata sunt, sive ex zelo sive ex ava-  
ritia, cum jani diuturna quasi consuetudine receptum  
fuerit, ut Principes maledictis istis avaritiæ instru-  
mentis in sua commoda usi, sæpè eos ejicerent, eum  
infinem, ut magna pecuniæ summa ipsis pro eorum  
receptione solveretur. *e)* Gaudebat in super Rex Sta-  
tus ministris duris, immisericordibus & adsuetis omnia  
auferendi subditis & miserum populum crudelissime  
vexandi. Mutabatur eum in finem ac deterior red-  
debat moneta. Lucro inde maximo thesauris  
Regiis illato valor ejus iterum minuebatur cum ma-  
ximo populi damno. Ortus inde tumultus populi,  
vastantis ac destruentis ædes Thesaurarii Regi, ac  
in ipso templo, in quo tum Rex degebat, plurima  
crimina committentis. *f)*

§. XXVIII.

*d) Mezereus in Epitome de Philippo Pulcro p. 776.**e) Idem ibid. p. 799. Raynaldus Tom. XV. Annal. Eccles. f. 13.**f) Idem ibid. d. p. 799.*

§. XXVIII. Tanta vero vitæ antea&tæ jure gen-  
tium vis est in examinandis suspicionibus criminum  
commissorum, ut exinde in ordinatione Carolinâ sæ-  
pius inculcetur, potissimum indicium facere, si perso-  
na, quæ criminis arguitur, talis sit, ut ex vita ante-  
acta indicium fieri possit, quod ad ejusmodi crimen  
valdè inclinet. Iam, quis neget specimina ista ava-  
ritiæ semper prætextu justitiæ palliatæ talia ac tanta  
esse, ut non gravis suspicio oriatur adversus Philip-  
pum Pulcrum, eum pariter quæsivisse prætextum ju-  
stitiæ spoliandi Templarios divitiis suis. Quare & ipse  
Puteanus hanc præsumptionem tanti ponderis esse cre-  
didit, ut vel ejus solius removendæ causa historiam  
condemnationis Templariorum conscripserit, g) quam-  
vis jam supra b) notatum fuerit, id adversus Tem-  
plarios non sufficere, etiam si Philippum ab hac præ-  
sumptione solidè liberasset. Quod autem ne hoc qui-  
dem ritè præstiterit, suis locis infra apparebit, quan-  
do circumstantias illas unde momenta detensionis de-  
sumit, recensebimus.

§. XXIX. Accessit ad hanc cupidinem inhiandi  
bonis Templariorum cupiditas vindictæ. Etenim <sup>Accessit in</sup>  
Templarii fuere Regi suspecti, quod seditioni populi <sup>Pbilio cu-</sup>  
per mutationem monetæ excitatae occasionem dede-  
rint. Credebatur hoc ab iis factum esse, quod ob in-  
gentes divitias magna etiam damna ex ista mutatio-  
ne monetæ fuerint passi. Ergo versimile est, quod  
Rex, qui nunquam condonabat injurias, in recenti  
D 2 memo-

g) Puteanus ab initio p. 2.

b) Suprà §. 4.

memoria & hanc retinuerit, & quod ista vindictæ cupiditas fuerit causa præcipua extirpandi ordinem.<sup>i)</sup>

*Quomodo à  
Philippo al-  
lectus Papa  
Clemens V.  
Lites Phii.  
lippicu[m] Bo-  
nifacio IX.  
Quomodo  
Clemens ad  
Papatum  
pervenierit.*

§. XXX. His prætuppositis notandum est, quomodo à Philippo in societatem allectus sit Clemens Papa V. Res paulo altius repetenda, sed breviter. Bonitacius Papa VIII, homo, si quisquam, ambitiosus & sollicitus, autoritatem Papalem extollere super omnium Regum & Principum majestatem, multas controversias moverat Philippo, intuitu potestatis regiae. Sed Philippus (quod valde laudamus in cō adeoq[ue] Puteano<sup>l)</sup>) Regiam magnanimitatem injuste sub criminazione impietatis traduci afferenti, in hoc puncto adhæremus,) Regiorum jurium defensor strenuus, maximis viribus se Papæ opposuerat; atq[ue] mutuæ eorum inimicitia eò pervenierant, ut Papa Regem excommunicaret, subditos ejus à fide liberaret, & regnum tanquam rem nullius primo occupanti concederet, Rex vero curaret, coram se Papam maximorum & horrendorum criminum accusari, & ad concilium deponendi ejus gratia convocandum provocari, ipsumq[ue] Pontificem à suis capi ac indignè tractari. Bonifacio mortuo, qui ei successerat Benedictus Papa XI, incepérat quidem mitius agere cum Philippo, sed, cum tamen simul ita se gereret, ne autoritas Papalis aliquid detrimenti caperet, non satisfiebat desiderio Regis Galliæ.<sup>m)</sup> Hoc vero Papâ factis functo, Cardinales electores in duas partes divisi (quarum una cismontana vota sua direxerat ad aliquem

<sup>i)</sup> Mezeræus d. l. <sup>l)</sup> d. l. ab initio p. 2.

<sup>m)</sup> Mezeræus in *Philippo Pulcro* p. 780, usq[ue] ad pag. 796.

quem Italum eligendum i. e. faventem amicis & consanguineis Bonifacii Papæ, altera ultramontana vero optavit virum Gallicum vel amicum Regis Franciæ) ferè per undecim menses pertinacia sua impediverunt electionem donec Cardinalis Pratensis, caput factio-  
nis Gallicæ, astuto consilio usus persuasisset capiti fa-  
ctionis Italicae, ut factio cismontana seu Italica elige-  
ret tres ex ultramontanis ad Papatum idoneis, ex  
quibus factio Gallica postea unum in Papam eligeret.  
Factâ vero hac conventione & solenni stipulatione per  
scripturam firmata, pars Italica nominavit tres Archi-  
Episcopos Gallicos eis familiares & Regi Franciæ in-  
fensos, inter quos etiam fuit Archi-Episcopus Burde-  
galensis. Quo expedito Pratensis, cum nōsset hunc  
Archi-Episcopum ut Vasconem esse gloriæ & hono-  
ris avidum & ad omnia flexibilem, adeoq; speraret,  
hunc facile inducendum esse ad omnem partem &  
amicitiam contrahendam cum Rege Franciæ, cura-  
vit velocissime per literas id Regi significari, ut hic  
tentaret, an intra tempus electioni destinatum possit  
sibi reconciliare Archiepiscopum, atq; sic eo impe-  
trato, iste à factio Gallica possit in Papam eligi. n)

§. XXXI. Rex Galliæ conventu instituto cum  
Archiepiscopo, & ostensis huic literis, quod in sua poRex Philipus  
à Clemente  
ante electio-  
testate esset determinatio futuri Papæ, declaravit, se  
ad eum eligendum fore promissimum, si modo Ar-nem sex ar-  
chiepiscopus sex articulos ipsi vellet promittere. Hic  
ticulos signa-  
latur.  
vero inexpectato gaudio stupetactus, & in genua co-

D 3 ram

n) Joh. Villaneus. & ex hoc Raynaldus Tom. XV. annal. Eccles.  
f. 1. & 2.

ram Rege provolutus omnia promisit, atque sic in Papam absens elect⁹ est assumto nomine Clementis V. Fuere autem isti articuli: Primus, ut Regem perfetè reconciliaret Ecclesiæ relaxando & veniam dando de adjutorio dato in capturā Bonifacii Papæ; secundus, ut censuras excommunicationis amoveret contra Regem & ejus ministros prolaras; tertius, ut Regi concederet omnes decimas regni per quinquennium, in reparationem expensarum in bello contra Flandrenses; quartus, ut promitteret, quod vellet condonare & ad nihilum reducere memoriam Bonifacii Papæ;<sup>o)</sup> quintus, ut restitueret honorem & dignitatem Cardinalatus Columnensis, ablatam eis per Bonifacium, simul vero alios Cardinales Regi amicos crearet; sextus denique tanquam arduus & magnus à Rege fuit reservatus, ut eum suo loco & tempore declararet. p)

*Quâ fide  
prioribus  
quinq; arti-  
culis satisfe-  
cerit Papa.*

§. XXXII. His promissis ut satisfaceret Clemens paulo post confirmavit absolutionem, quam Papa Benedictus jam Regi impertierat, restituit Columnenses in Cardinalatum, & simul decem alios Cardinales, ex quibus novem erant nationis Gallicæ, creavit, ac omnes bullas Bonifacianas autoritati Regiæ quicquam detrahentes, vel favorabiliter explicavit, vel revocavit. q) Ita quidem articulo primo, secundo & quinto utcunque satisfactum erat. De tertio seu decimis, nihil

o) Habet in articulo tertio & quarto novum specimen Regiæ avaritiae & cupiditatis vindictæ.

p) Raynaldus d.f. 2, Mezeræus d.l.p. 797.

q) Mezeræus p. 798. Raynaldus sol. 5. §. 14. f. 8. §. 1.

nihil amplius reperio, neque quod illæ Regi in quinquennium concessæ fuerint, neque quod instantiam de hoc articulo servando apud Papam fecerit Philip-pus, r) ut adeo verisimilius sit, & in hoc articulo Regem æquè à Papa fuisse deceptum ac intuitu articuli quarti. Etsi enim Clemens promiserat Regi, quod memoriam Bonifacii damnare vellet, & Rex anno 1307. instaret, ut huic articulo satisfaceret Pontifex, Papa tamen perplexus & in angustiis constitutus, quod

r) Mezeræus de decimis planè nihil memorat. Petierat eas quinqvennales, ut modo ex Joh. Villaneo vidimus, ob impensas in bellum Flandricum. Memorat Mezeræus p. 805. cum anno 1313. bellum Flandricum à Rege iterum fuerit instauratum, nova eaque gravissima tributa populo fuisse imposita, & repetitam monetæ deteriorationem, quod argumentum præbet, Regi expensas illas belli Flandrici à Papâ non esse solutas, simul vero novum specimen avaritia in eo suppeditat, quod collectis ita & extortis à populo satis immisericorditer multis nummis bellum tamen non fuerit continuatum, sed inducia cum hoste satis turpiter pæctæ. Raynaldus equidem refert ad annum 1306. n. 1. & 3. & ad annum 1307. n. 6. quod Clemens Papa constitutionem ediderit, quod Laici à Clero non debeant extorquere decimas, nisi hispontè illis hæc & similia subsidia solvere velint, quodque idem Papa Carolum Valestium ad bellum sacrum instigans, ad sumtus hujus belli sacri ad biennium Ecclesiasticorum veçtigalium decimas in Gallia destinaverit. Item ad an. 1312. n. 31. quod Viennenſi synodo decimæ sexennales in omnibus Christianorum Regnis ad sustinendos sumtus belli sacri fuerint indictæ, & hoc anno executioni mandatae, sed de decimis Regi Francie ob bellum Flandricum solutis, ne verbulum quidem.

(quod irritare Regem per violationem promissi dum videretur & scandalosum, implere vero promissum juramento firmatum, impium fore & Prælatorum perturbationis) occasionem præbens,) ex consilio iterum Cardinalis Pratenfis, unicum remedium, dissimulationem commendantis, respondit, opus esse ut in Concilio omnia eò efficacius fierent, & sic egregiò elusit desiderium Regis, cum post varias ambages ac fraudes <sup>a)</sup> tandem pro Papa Bonifacio pronuntiatum, & ille loco condemnationis innocens fuerit declaratus, Regem vero oportuerit esse contentum, quod simul in concilio decretum fuerit, quod eā, quæ contra Bonifacium ipse fecisset; bona fide fecerit, ac propterea ipsi nihil imposterum debeat imputari.<sup>u)</sup>

## §. XXXIII.

- <sup>s)</sup> Eadem ratio timenda fuit, si Clemens voluissest decimas quinquennales Philippo ob bellum Flandricum concedere, certe idem prætextus abhiberi poterat, ad excusandam cæsationem aut dilationem, adimplendi articuli quarti. Unde & verosimile est, Philippum fraudes Papæ ex ratione procedendi in articulo quarto edocet, noluisse publicè urgere solutionem decimarum.
- <sup>t)</sup> Tres celebres Doctores ex Theologia, Jure Civili & Canonico Regi probabant, Papam Bonifacium esse innocentem. Duo Equites provocationem ad singulare certamen indicebant coram Rege iis, qui innocentiam Bonifacii in dubium vocarent.
- <sup>u)</sup> Mezeræus d.l.p. 804. Fūsius hæc omnia exequitur Raylandus, ad an. 1307. n. 10. 1308. n. 21. 1309. n. 4. 1311. n. 26. seq. ubi merentur artificia Cleri, sub specie pietatis fraudandi Laicos attentè legi.

§. XXXIII. Tandem cum processus iste capitallis adversus Templarios institueretur, apparuit, quinam fuerit ille sextus Articulus à Rege mente retentus. <sup>x)</sup> Neque enim poterat sine ope Papæ, utpote cui, ut diximus, suberant Templarii, solis artificiis

*Sextus articulus fuit, ut Papa adjuvaret extingueere Templarios.*

Regis extingvi. Non quidem memini ex antiquioribus Historicis disertis verbis aliquem asserere, quæ modo posuimus. <sup>y)</sup> Ceterum & circumstantiæ antecedentes & sequentes confirmant illam Mezeræi conjecturam. Unde jam facile responderi potest objectioni, quod perspicuis verbis Joh. Villaneus <sup>z)</sup> tradat, sextum articulum illum occultum fuisse, ut Bonifacii memoria damnaretur. Nempe Villaneus hic memoriam lapsus est, cum ex ipso supra <sup>a)</sup> excerpterimus, hunc articulum non fuisse occultum, sed inter eos, de quibus Rex cum Papa expresse convenerat, quartum.

§. XXXIV. Vidimus hactenus causas injustas <sup>Puteani in-</sup> Regem Galliæ ad persecutionem Templariorum <sup>tempesivum</sup> in-  
stigantes, vidimus, quod & Rex Philippus & Papa <sup>silentium ad</sup>

E

Cle-  
*hactenus di-  
cta.*

<sup>x)</sup> Est hoc judicium non à nobis effictum, sed iisdem verbis ex Mezeræo *d.l.p. 800.* descriptum.

<sup>y)</sup> *conf. Gurtlerum §. 149.*

<sup>z)</sup> apud Raynaldum *ad an. 1327. n. 10.* Rex Franciæ, *inquit,* supplicavit Papæ, quod *sextam* petitionem, quam ipse promiserat Regi, usque ad illam horam nondum expressam, adimpleret, sicut alias observaverat (*at vero ostendimus, saltem obseruisse primam, secundam & quintam*) Et hoc erat, ut memoriam Bonifacii VIII. deleret de catalogo Pontificum & combureret corpus ejus & ossa &c.

<sup>a)</sup> *supra §. 31.*

Clemens V. fuerint personæ, in quas fraudum & in-  
justitiæ, larvâ justitiæ occultatæ, suspicio maximè ca-  
dat; Vidimus, quam astute inductus fuerit Papa à Re-  
gé in societatem, persequendi Templarios. Utí ve-  
ro hæ circumstantiæ plurimum faciunt, ad defenden-  
dam Templariorum causam & accusandum Regem  
Galliarum; ita debuisset profecto Puteanus, si solide Re-  
gem defendere voluisset, eas, non ut fecit, omittere,  
sed vel ostendere, eas falsas esse, vel docere, quo-  
modo conjecturæ, quæ exinde pro innocentia Tem-  
plariorum à nobis fuere formatae, sint rejiciendaæ. Nunc  
vero ne verculo quidem quicquam hic tetigit, sed  
initium historiæ suæ de condemnatione Templariorum  
ab illis, quas jam memorabimus, circumstantiis in-  
choat. b)

*Initium &  
fundamen-  
tum proce-  
sua contra  
Templarios,  
denuncia-  
duorum ma-  
leficorum.*

§. XXXV. Diximus supra, c) quod Rex iratus  
fuerit Templariis ob tumultum populi occasione de-  
pravatæ monetæ ortum, & occasionem quæsierit  
eundem vindicandi in Templariis. Quomodo ea oc-  
casio se mox obtulerit, ex Wilhelmo Tyrio refert  
Gurtlerus. d) Niimirum Templariorum Priorem,  
qui Tholosanis ædibus præterat, cum Noffa quodam  
Florentino ejusdem ordinis, sed contaminatæ vitæ viro,  
nescio quid vel dicto vel facto imprudentius in Re-  
gem moliri visos esse, quod postea furore populi mi-  
tigato male illis cesserit, cum vinculis ambo mancipa-  
ti atque in carcerem conjecti fuerint. Sed verosimi-  
liores sunt circumstantiæ, quibus Villaneus & Anto-  
ninus

b) Puteanus p. 7.

c) §. 29. d) §. 190.

ninus factum narrant, præprimis cum & Puteanus e)  
 & Raynaldus f) & Mezeræus g) eos sequantur. Scilicet Priorem è monte Falcone Tholosæ inquinatissimum flagitiis, & hærefeos nota inustum, à Magistro ordinis perpetuo addictum carceri, atque alium Equitem Nossam nomine, Florentinum genere, suis insigñem sceleribus custodiæ traditum, communicato consilio, seque ex ergastuli squalore liberandi spe, Regiis magistratibus horrenda Templariorum ordinis flagitia indicasse, prædæque ingentis ex Templariorum maximis opibus redigendæ occasionem patere docuisse; Donatos tamen impunitate male periisse, nam & Nossam laqueo demum extinctum, Prioremque gladio cæsum esse.

§. XXXVI. Initium ergo processus debetur de-  
 nunciationi hominum duorum sceleratorum, magi-  
 stro ordinis & toti ordini inimicorum, ac postea in-  
 fami morte pereuntium. Fatetur hæc omnia Putea-  
 nus, nihilque quo suspicionem elevet, addit, neque  
 adeo judicium Antonini b) infringere allaborat, sub-  
 jungentis totum falso confictum esse ex avaritia, ut  
 illi Templarii exsoliarentur bonis suis, ut factum est.  
 Addit Raynaldus, haud dissimulandum esse, augeri  
 hanc ex eo conjecturam, quod Philippus Rex scele-  
 stissimos impostores & calumniatores haberet consi-  
 liarios, quorum artibus omnino ducebatur. Svadere  
 etiam consiliariis ipsius id flagitium potuisse avaritiam  
 à versimili non abesse, cum avaritiaz fœdissimas no-

Argumen-  
tum inde pro  
Templario-  
rum inno-  
centia à Pu-  
teano non  
rejecatum.

e) p. 7. f) ad an. 1307. §. 12. g) p. 809.

b) apud Raynaldum d. §. 12.

tas ubique reliquerint, ac Philippum ad ecclesiarum bona invadenda, opprimendos populos, injustam conflandam monetam, spoliandos toto Regno Iudeos & alia turpia lucra aucupanda, quæ turpius diffababantur, impulerint. Omnia quæ hic Raynaldus differit, ex supradictis <sup>i)</sup> abypide confirmantur. Illud vero, quod addit, frivolum est. Addit vero, verosimile videri, quod Philippus minus conscientiae habuerit in appetendis & persequendis Templariis per calumnias, eo quod ipse non perhorruerit, ipsi Christi vicario (Bonifacio VIII.) quem tamen orthodoxum esse constiterit, magna haereseos, aliaque immannissima scelera objicere ac iudicio constantissime vel impudentissime potius persequi. Hoc enim aperte zelum ejus intempestive Papisticum sapit.

*Capit. accusacionis incredibilia.*

§. XXXVII. Videamus jam ipsa accusationis capita. Ea ita enormia ac verodissimilia fatetur Puteanus <sup>l,)</sup> ut Rex vix eis fidem adhibere potuerit. Quænam vero ac qualia fuerint, ex articulis plus quam triginta, super quibus inquisitio fuit instituta patet, <sup>m)</sup> inter quos præcipui sunt isti: Quilibet in receptione sua, & quandoque post, vel quam cito ad hoc commoditatem recipiens habere poterat, abnegabat Christum aliquando crucifixum, & quandoque Jesum, & quandoque DEum, & omnes sanctos, & sanctas Dei. Receptores dicebant illis, quos recipiebant, Chri-

<sup>i)</sup> suprà S. 27.

<sup>l,)</sup> d. p. 7.

<sup>m)</sup> recenset ea Puteanus, p. 39. seqq. conf. Marianus de Reb. Hispan. lib. 15. c. 10.

Christum non esse verum D<sup>E</sup>um, sed fuisse falsum Prophetam &c. Faciebant ipuere receptos super crucem, mandabant conculcare crucem pedibus, super ipsam etiam mingebant. Adorabant quendam catum sibi quandoque in congregatione apparentem. Credebant, quod magnus magister posset eos à peccatis absolvere. In receptione fratrum se deosculabantur in ore, in umbilico, in ano & in virga virili; Non licitum sed & debitum docebant esse crimen sodomitum. Idola varia, i.e. capita, quorum aliqua habebant tres facies, alia unam, aliqua craneum humanum, adorabant ut D<sup>E</sup>um, & chordulis tangebant, quibus seipso cingebant super carnem. Qui nolebant hæc omnia facere, interficiebantur, vel saltem incacerabantur, & injungebant sub pœna mortis, ne prædicta revelarent. Ira vero hæc incredibilia sunt, ut Mezeræus <sup>n)</sup> jure dicat, nescire se, an illa accusatio nisi capita horrenda, an ridicula debeat appellare, scilicet ridicula dixit, non ob levitatem imputationis, sed ob incredibilitatem.

§. XXXVIII. Igitur novum inde argumentum pro Templariis affirri potest, idque duplex. 1. Quod tam subito & uno impetu accusatus fuerit totus ordo, nullo unquam antea audita querela, neque generali, quod totus vitiis & flagitiis deditus, neque speciali, quod major vel aliqua ejus pars ita propudiose vivebat. Impossibile autem moraliter fuit, tot scelera patrata, nec tamen cognita fuisse per temporum tot intervalla: 2. non est verisimile tot nobiles & Christianos,

<sup>n)</sup> p. 801.

nos, quibus ordo Templariorum constabat, à teneris ungaviculis ad virtutem institutos & ductos, tam tetricis vitiis omnes se mancipasse, nec quenquam ex iisdem tanto temporis tractu resipuisse, aut horrore tot scelerum inductum, ut ordini valediceret & conscientiae suæ consuleret. o) Ut vix unquam casus dabilis est, ut tota respublica aliqua scelerata detur. p)

*Respondetur  
objectioni  
Mariane de  
testimonia  
Clementis.*

§. XXXIX. Dicit equidem Mariana q) vix credibile esse, quod tam cito, in omne improbitatis genus degeneraverint Templarii, nisi Clementis diplomata, quæ inter tabulas templi Toletani plura extarent, & unde sua hauserit Mariana, indicio essent, famam haud quamquam vanam fuisse, affirmantis, duos & sexaginta ex eo ordine se coram quæstione habita, scelera, quæ enumerata sunt, faslos, veniam petuisse. Addit porro Mariana: Iстis duobus denunciatoribus accessisse & alios & in his ipsius Pontificis Clementis cubicularium, qui undecimo ætatis anno ad eum ordinem adjunctus, visa tactaque retulerit. Sed his reponimus: 1. Mariana ipse in lineis statim præcedentiibus fassus erat: Lectorem si accusationis capita legerit, non facta sed facta potius, similiaque aniculorum fabulis esse judicaturum. 2. Huic judicio lano & rationabili dum Clementis autoritatem mox opponit, ejusque bullas ac diplomata, vix persuadebit hac autoritate

o) Maffon. annal. lib. 3. p. 590. seqq. Limn. Tom. I. addit. ad Lib. 6. cap. 2. p. 38. seqq. num. 2. & 11.

p) Dn. Bezman. de Ord. Johanni. c. 1. p. 27. Adde Bœcl. in Excerpt. controv. illustr. exempl. 4. rat. 2. pro Templariis.

q) d. lib. 15. cap. 10.

toritate incredibilia, cum testimonium hujus Papæ tum ratione personæ & morum, r) tum ratione cati-  
sæ s) ubique sit suspectissimum. 3. Unde tantum  
abest, ut lectoris impartialis optimum & rationabile  
Judicium de incredibilitate capitum accusationis, in  
alteram partem inclinari per testimonium Pontificis,  
ut ne quidem per id ad dubitationem & vacillationem  
moveri, sed potius in sua priore opinione confirmari  
debeat. 4. Est quidem diplomatum & archivorum  
fusus usus & honor, sed non tantus ut hodie credatur,  
ea esse infallibilia, quæ ibi extant. Plerumque quā  
nil nisi diplomata & archiva crepant, vel judicio de-  
stituuntur, vel studio lectorem seducere laborant, ar-  
gumentis videlicet debitibus destituti. Plus aestimat in  
Historico Juris Consultus & omnis vir prudens, uni-  
ciam judicii, quam centum pondera diplomatum  
maximo & plusquam humano labore perlectorum &  
adductorum. r) Atque istud cum emphasi hic semel  
monuisse sufficiat, quia ipse Puteanus vir alias judi-  
cio pollens fere negotiorum consecutum esse arbitratur,  
si in singulis paginis ad archivum Regium & bullas Pa-  
pales aliave diplomata provocet, ne in singulis locis  
eandem responsionem repeteremus opus.

§. XL. Porro, quod attinet testimonium cubi- Item de testi-  
cularii Papalis, ad quod similiter provocat Mariana, ad monio Cubi-  
cularii Papae id re-

r) per dicta §. 30. 31. 32.

s) propriè dicta §. 33.

t) vid. omnino, que de hoc negotio differit Dn. Præses In der  
Einleitung zur Vernunft Lehre. c. 10. n. 35. seq. & in  
Dissert. de fide jurid. c. 2. §. 23. 28. 50. & scil.

id removendum petimus notari sequentia : 1. Quod eo loquendi genere uritur Mariana, acsi primis duobus denunciatoribus præter cubicularium Papæ, etiam alii accesserint, de eo apud neminem quicquam notatum inveni, neque Puteanus, diligentissimus alias circumstantiarum, quæ contra Templarios quicquam faciant collector, tale quid memorat. 2. Ipsum cubicularium Papæ quod atrinet, nondum evidentes sunt circumstantiæ de ejus denunciatione. Puteanus notat equidem, quod Papa in Consistorio Cardinalium, de hac denunciatione quædam dixerit, & quod ejus confessio statim ab aliquo Cardinalium scripto excepta sit. u) Sed uti hic Puteanus ad Marianam provocat & ad bullam papalem in archivo Regio, ad quam etiam ipse Mariana, ut vidimus, se refert, x) ita hæc Puteani relatio cum excerpto bullæ papalis, quod idem Puteanus exhibet, non in omnibus convenit, cum ibi nihil extet de confessione cubicularii in scripturam redacta.

u) Puteanus p. ii. En ce même Consistoire le Pape dit, qu'un Chevalier de cet ordre, qui étoit son domestique luy avoit ingénument confessé tout le mal, qu'il avoit reconnu en son ordre, & ce en presence du Cardinal Raimond d'Agut son confesseur, qui ecrivit à l'instant cette deposition.

x) Allegat quidem Puteanus in margine Zuritam anno 1307 qui non est ad manus. Sed & huic Zurita tamen non credendum, nisi quatenus fontes doceat, unde hæc hauserit. Non vero alios docere poterit verisimiliter nisi Bullam Papalem, ut adeo in hæc totum pondus probationis situm fit.

dacta. 3) 3. Imo vero excerptum Bullæ papalis isti circumstantiæ est aduersum. Si enim ille cubicularius Papæ in secreto ea confessus est, non adfuit Cardinalis, qui eam confessionem scripto exciperet. 4. Si ea confessio scriptis fuit excepta, cur non illa scriptura simul Regi communicata & in archivum Regium transmissa, tanquam pars actorum, si non præcipua, tamen saltem una ex præcipuis. 5. Igitur cum tota hæc circumstantia de confessione cubiculariæ miratur fide Clementis Papæ, hic repetenda sunt ea omnia, quæ modo de fide testimonii papalis adduximus. 6. Etiam si adesset confessio cubiculariæ, quilibet tamen extra partes positus, judicium de incredibilitate capitum accusationis non mutaret. Néque enim authoritas cubiculariæ papalis tanta est, ut naturam incredibilem possit mutare in verisimilia. 7. Justa potius oriretur suspicio, cubicularium Papæ à Papa ipso fuisse subornatum, qui uti secundum hactenus dicta asturior erat Rege Philippo, ita facile subodorabatur, quod vita scelestæ & infamis duorum denunciatorum, quos Rex Galliæ produxerat, non mereretur ullam fidem, etiam in capitibus non impossibilibus, adeoque

F

hoc

3) Ita enim Puteanus, pag. 100. n. 13. Bulle du dit Pape &c. par laquelle ayant narré, comme lors qu'il fut couronné à Lyon, il luy fut parlé des Templiers & de leur vice, ce qu'il n° avoit voulu croire; que le Roy de France, qui savoit leur mechanceté luy en avoit donné avis &c. Mais par Zèle à la religion, qu'un chevalier des premiers de cet ordre luy avoit confessé en secret la denégation de Christ & autres ordures, qui se commettoient dans l'ordre.

72 DISSERT. IN AUG. JURIS GENTIUM.

hoc figmento de confessione cubicularii vitium illud denunciationis voluit corrigere.

Puteani ex-  
cusatio Regis. §. XLI. Videamus jam , quibus coloribus Puteanus utatur, ut aliquid saltem in excusationem Regis afferat, postquam ipse infamiam denunciatorum, & incredibilitatem capitum accusationis confessus es- set. Ita vero differit: 2) Regem istis dubiis non ob- stantibus sive ex curiositate , sive quod putasset denun- ciationem ejus momenti esse , ut negligi non deberet, conclusisse , inquirendam esse veritatem. Cum tam- men vidisset, quod negotium pertineret ad Christianam religionem, locutum esse cum Clemente Lugdu- ni anno 1306. Papam noluisse istas imputationes cre- dere , sed pro impossibilibus habuisse , adeoque Regi rescripsisse , omnia quæ de Templariis ipsi dicta essent, omni destitui fundamento , quodque Templarii au- dientes de istis imputationibus ad Papam scripserint, quod maximarum pœnarum rei esse vellent , si im- putationes ille probari possint. Velle tamen se in Regis honorem eâ de re ulterius inquirere, adeoque petiisse à Rege, ut probationes ad ipsum transmitteret, Regem autem metuisse , ne si hoc negotium nimis cognitum fieret, tranquillitas status Gallici turbaretur ob poten- tiā ordinis in Gallia, & ideo anno 1307. d. 13. Octobr. curasse , ut subito & ex improviso Templarii omnes in Gallia custodiæ mandarentur. Post incarcerationem Templariorum Regem anno 1306. quæsiisse ex Theo- logis Parisiensibus de fori competentia , & an ipse tan- quam

---

2) Puteanus p. 7. & 8.

quam laicus possit sine commissione ecclesiæ processum formare in causa hæreseos &c.

S. XLII. Sunt in istis Puteani dictis non pauca ostenditur adnotanda. Initio duas causas affert, quibus Philippum vult excusare, quod non obstante infamia duorum denunciatorum, & impossibilitate ac incredibilitate capitum accusationis, tamen processum adversus Templarios instruxerit; curiositatem & gravitatem denunciationis. Curiositas Philippum excusare nequit, neque enim curiositas omnis est res laudabilis, imo ne quidem indifferens. Sæpe curiositas stulta, sæpe crimen est. Parum prudentiae sane ostendebat curiositas, velle scire, an vera sint ea, quæ ab hominibus fide non dignis dicta, & in se moraliter impossibilia sunt. Crimen est veritatem, velle indagare, eo modo, quem rectaratio prohibet, & quidem cum tot hominum periculo vitæ & bonorum. Porro gravitas illa denunciationis est res à Puteano palpabiliter efficta. Idem est, ac si diceret. Convictus erat Philippus, propter infamiam denunciatorum, & incredibilitatem capitum accusationis, denunciationem esse maxime frivolum, & tamen denunciationis gravitas ipsum movit ad inquirendum. Quod si forte Puteanus per gravitatem denunciationis intellexit gravitatem rei denunciatae, scilicet quod horrenda facta fuerint, quæ imputabantur Templariis, nec hoc excusat Philippum. Si enim excusaret Principem innocentes injustè torquentem ac necantem, quod ab hominibus infamibus imò etiam à talibus, qui infamia non laborant, quis fuerit horrendorum criminum

accusatus, nemo innocens erit amplius, sed innocentia hominum ab arbitrio & modestia inimicorum ac accusatorum dependebit. Rectissime Princeps ille, cui calumniator dicebat: Si vis audire accusatos quis nocens erit? regessit; sed si sufficit accusare, quis erit innocens?

Puteanum  
in recensen-  
dis circum-  
stantiis de  
initio pro-  
cessus bona  
fide haud  
egisse.

§. XLIII. Deinde consideremus paululum, an bonâ fide in narrandis negotii circumstantiis procedat Puteanus. Ipse paulo ante, & rectè quidem observaverat, a) animam Historiæ esse distinctionem temporum ab Historicō minimè negligendam, sed communiter tamen in hoc negotio neglectam. Jam quis non sibi persvaderet, Puteanum istud monitum omnium minime esse neglecturum, & tamen in iis, quæ statim subjungit, & quæ paulo ante retulimus, non negligit modo, sed & data quasi opera confundit temporis momenta. Consentient omnes denunciationem istam Prioris & Florentini factam esse anno 1307. b) Et tamen Puteanus non erubescit scribere, quod initium processus contra Templarios factum sit à de-

a) pag. 7. Tous les Historiens, qui ont touché l' histoire de la condamnation des Templiers, comme en passant, & sans aucune distinction des temps, qui est l'ame de l'histoire, sont d'accord, que l'origine de la ruine des Templiers vient du Prieur de Montfacon & de Noffo Florentin &c.

b) Villaneus, Antoninus & ex his Raynaldus ad ann. 1307. §. 12. Mezeranus p. 800. verific. Cette année donc &c. Neque ipse Puteanus negat, sed studio omisit in narratione de-nunciationis annum notare ad marginem, cum tamen in reliquis & sequentibus negotii circumstantiis id diligenter faciat.

à denunciatione sæpius memorata, & quod post denunciationem factam, Rex curiositate vel studio inquirendi veritatem motus anno 1306. locutus sit cum Clemente de hoc negotio. Quomodo Rex anno 1306. poterit motus esse, ut loqueretur cum Papa de denunciatione, quæ demum anno subsequentे facta est. Similis est contusio temporis, quæ statim sequitur. Rex anno 1307. curavit uno impetu incarcerari omnes Templarios in Gallia, & tamen incarceratione facta anno 1306 consilium petuit à Theologis Parisiensibus, & hi responderunt, quod in casu necessitatis Judex secularis possit capere accusatum de crimine ecclesiastico.

§. XLIV. Interim ex allatis à Puteano, & ha-  
ctenus de distinctione temporum observatis, id notare <sup>Ostenditur</sup> persecutio-  
licebit, scriptores omnes deceptos esse, qui bonâ fide <sup>nem Templa-</sup>  
de negotio ex iis, quæ publice nota fuerunt, forte <sup>riorum à de-</sup>  
judicantes, sibi & posteris persvaderunt, quod origo <sup>nunciatione</sup>  
vel initium ruinæ Templariorum computandum sit <sup>annii 1307.</sup> <sup>initium non</sup>  
à denunciatione sæpius adducta. Notat enim Putea- <sup>sumpssæ.</sup>  
nus, c) & hoc ipse pontifex in bulla sua d) fatetur,  
quod Rex cum eo Lugduni tempore coronationis  
papalis de accusatione Templariorum & criminibus  
ipsis imputatis locutus fuerit. Facta vero fuit coro-  
natione papalis finiente anno 1305. e) Et igitur diu ante  
illam denunciationem Rex Galliæ animo con-  
cepit abolitionem Templariorum, adeoque novum

F 3

argu-

c) p. 8. vid. supra §. 40.

d) apud Putean. p. 100. vid. supra §. 39. lit. y.

e) Raynaldus an ann 1305. S. 13.

*Novum ar-  
gumentum  
quod Papa  
colluscerit  
cum Rege.*

argumentum exinde accedit conjecturæ, quod iste fuerit sextus articulus in mente retentus, quem Rex Galliæ ante electionem Clementis sibi promitti curaverat, quemque adeo statim sub coronatione papali aperuerat Papæ initio refraganti, sed postea consentienti, cum Rex promissum urgeret, & Papa proprium comodum inde sentiret, atque speraret, si in hoc Regi satisfaceret, hunc non tam ægrè laturum esse, quod votum suum quoad condemnationem memorie Bonifacii non obtineret. Igitur ab eo tempore Papa ipse omnia conquisivit, & cubicularium suum etiam ad condemnationem Templariorum communicavit, vel certe de hujus denunciatione per supradicta in favorem Regis Galliæ quid effinxit. Juvat dicta, quod Albericus de Rosate f) narrat, se audivisse à quodam causæ & testimoniis in hac causa examinatore, contra justitiam Templarios punitos, hacque de re monitum Clementem V. respondisse: Etsi via justitiae ordo ille destrui non possit, fiat tamen via expedientiæ, ne scandalizetur charus filius noster Rex Galliæ.

*Argumen-  
tum pro in-  
nocentia  
Templario-  
rum, quod  
initium pro-  
cessus à ca-  
pivitate o-  
sonium fa-  
stus sit.*

§. LXV. Ergo & verosimile est, quod scribit Mæzeraus g) illam improvisam & præcipitatam captivitatem Templariorum consensu Papæ clam imperato factam esse. Hæc autem novum argumentum tum præbet innocentia Templariorum. Docet recta ratio

f) Adductus à Camerario cent. 3. c. 90. & Limnæo d. p. 38. n. 5.  
item Gurtlero §. 206.

g) p. 800.

ratio ab executione processum non esse inchoandum, neque in criminibus etiam liberae personæ corpus carceri tradendum, nisi adsint gravissima indicia, at hæc non aderant, imo nulla indicia aderant, faciente ipso Puteano, cum denunciatio rerum impossibilium ab infamibus & inimicis facta, revera pro nullo indicio sit habenda. Prætextus Puteani vanus est, factum id esse à Rege, ne turbaretur tranquillitas publica. Neque enim ullo indicio sufficienti probatum est, Templarios quid molitos vel molituros etiam fuisse contra tranquillitatem publicam, etiamsi secundum consuetas & rationabiles Regulas processus fuisset formatus. Potius metuebatur, Templarios libertati suæ relictos, qui jam ad Pontificem scriperant, quantam fiduciam in innocentia sua ponerent, mille media esse inventuros, ut calumnias sibi impactas & authores earum omnibus palpando & conspiciendo exhiberent. Scio equidem, Regem non in hoc saltem processus capitulo, sed & in reliquis defendi posse ex hypothesi juris Civilis & Canonici in praxi ubivis tere recepti, in causa hærefoe tanquam crimine gravissimo, enormi & maxime horrendo non admittendas esse regulas processus communis. b) Sed scio etiam, has cautelas pertinere ad arcana tyrannidis papalis, i) scio dissertationem nostram

b) Vid. Dn. Praef. *Dissert. de jure Princ. circa Hæreticos* §. 64. seq.  
89. seq. addé la *Relation de l'Inquisition de Goa* excerptam in  
Dn. Praefidis cogitationibus mensbris Germanicis mensē Octobr.  
1688. p. 504. seq. Philippi à Limborch. *Histor. inquisitionis.*

i) conf. Dn. Praefid. *Dissert. an hæresis sit crimen*, Limborch, d. l.  
L. 4. c. ult.

stram esse dissertationem juris gentium, cuius examinationi etiam subjacet justitia juris civilis & canonici. 1)

*Litem Regis  
& Pape de  
foro competen-  
tente nihil  
facere ad  
rem presen-  
tem.*

§. XLVI. Vides vero, quantus differendi campus nobis aperiatur, si Puteanum stricto pede sequi, & ad minutias usque ejus historiam aut apologiam examinare velimus. Ne tamen scopum præfixum dissertatione nostra transeat, in reliquis saltem præcipua capita notabimus. Recenset postea Puteanus distincte item, quæ Regi & Papæ intuitu fori competentis & continuandi processus intercessit, sed non video, ubi Puteanus ad omnem insultitiae labem à condemnatione Templariorum removendam, acriter hanc controvèrsiam urgeat. 2) Si tamen quispiam exinde argumentum pro Rege desumere velit, ei commendamus dictum Gurtleri tractatum, 3) ubi huic dubio inveniet jam satis esse factum, ut non opus habeamus ibi dicta hic repeterem.

*Defectus te-  
stium novum  
argumen-  
tum præberet.*

§. XLVII. Cum vero hactenus dicta satis ostendant, sine ulla examinatione testium, ad solam denunciationem duorum illorum sceleratorum, captivitatem omnium Templariorum fuisse expeditam, non legitur etiam postea, quod testibus fuerint convicti rei, adeoque hic defectus testium & probationis non sine ratione fuit jam ab eruditis notatus, ut novum argumentum pro innocentia Templariorum. 4) Præpribitis

1) Adde, quod & secundum processum inquisitorium, ut quis capi possit, requiratur ad minimum semiplena probatio, & ut indicia sufficientia ad sint Limborch. l. 4. c. 12. p. 272.

2) Quod tamen afferit Gurtler. §. 208.

3) Gurtl. d. §. 208. 209.

4) Limn. d. p. 38. argum. 4. Bœcl. d. l. m. 1. pro templ.

mis cum ipse processus inquisitorius testes requirat, etsi, ut semper fraudulentus & fallax est, admittat etiam infames & denunciatores, ac nunquam testes nominet reis, *nn*)

**XLVIII.** Sed urgent dissentientes maxime confessiones ipsorum reorum, unde quid opus fuisse te-  
stibus, ubi confessiones criminum adsunt. Est in eo *Confessiones  
reorum non  
profundis  
sententiibus.*  
multus Puteanus, partim in historiā ipsa, partim in documentis additis, ut doceat, quinam & quid confessi sint. o) Sed respondemus 1. In rebus incredibilius confessiones etiam spontaneæ nihil probant, nullum enim per eas constituitur, ut Jcti loquuntur, corpus delicti. Elegantem casum hanc notam illustrantem retulit mihi Dn. Præses de juvener sponte cum multis circumstantijs sed incredibiliibus crimen magiæ confitente, & legi merentur integra acta de illo negotio publicis typis impressa. oo) 2. Confessiones Templariorum non fuere spontaneæ, sed metu torturæ aut etiam tædio carceris ejusque squalore aut falſa promissione veniaæ elicitaæ. p) Neque hoc potest negare

G

negare

*nn*) Vid. Limborch. l. 4. c. 9. seq. & c. 20. Mentionem quidem injicit testimoniū Puteanū in loco infra descripto. §. seq. lit. q. Sed vel ut contextus ostendit, ipsos reos captivos sub nomine testimoniū comprehendit, vel si de teste proprie diecto loquatur, suspectum reddit testimonium tortura adhibita.

o) Putean. p. 11. 15. usque ad 21. & documenta adjuncta ibi citata in margine.

oo) Vid. D. Reichens Urfug des Hexen-Processus part. 1. p. 622. seq.

p) Gurlt. §. 206. p. 364. Mariana dicit, Templarii omnes compre-

negare Puteanus, et si ja<sup>c</sup>taverit alibi confessiones sponte factas esse q). 3; Ista confessio s<sup>a</sup>p<sup>e</sup>e revocata fuit extra tormenta usque ad mortem. 4. Multi sine confessione imo sine cognitione causæ interemti sunt r).

*Historia spe-  
cialis proce-  
sus cum Ma-  
gistro ordi-  
nii instituti.*

§. XLIX. Imprimis vero merentur considerari, quæ cum Magistro ordinis & ejus socio acta sunt, utpote qui

benf. De iis questiones tormentis habita, plerique aut omnes dulcedine vita, aut ex scelerum conscientia (jam supra nota-  
vimus §. 11. Marianam sole<sup>r</sup> ambigue loqui) crima<sup>n</sup>a de  
quibus accusabantur, confessi sunt. Merentur hic omnino  
legi apud Limborchium d. l. lib. 4. c. 14. integrum it. c. 29.  
ubi docet, quibus artibus ac fallaciis soleant Inquisidores  
etiam ab innocentibus elicere confessiones, ac quam cru-  
deliter soleant torquere innocentes confiteri nolentes.

2) Putean. p. 18. L'un de ces temoins ne voulant rien confesser fut  
mis à la question, par le moyen de laquelle ils tirent la vérité  
comme des autres. Unde facile constat quid judicandum  
sit de ipsis verbis p. 11. Ces confessions sans contrainte &c.

3) Villaneus apud Limn. p. 37. Questione habitâ s<sup>a</sup>p<sup>e</sup>e ponti nibil  
bujusmodi de se & de sociis confessi sunt, quia infantes se piosq;  
templarios equites, constantissimè testabantur. Macerat lon-  
go carcere 56. totidem modicè distantiis palis alligati ac lento  
igne torti sunt, profecti infantes se mori, & amici & consanguinei  
eorum frustra monentibus, ut spem venie, si crimen agnover-  
ent & facerentur, ab Rege propositam amplecterentur. Adde  
quos citat Bœcl. d. l. p. 19. in resp. ad rat. 3. contra templar.  
Gurtl. S. 210. p. 393. Limn. p. 38. n. 6. Idem facetur Albertus  
Kranzius Vandal. l. 7. cuius locum excerptit. Gurtler. §. 206.  
pag. 366. imo ipse Puteanus tanquam testem pro se addu-  
cit in fine Historia pag. 68. Non vero mirandum, quod Putea-  
nus pag. 17. extenuandi hujus argumenti causa dicat, ex  
140. Templariis saltem tres fuisse qui dixerint se nihil ma-  
li unquam in ordine vidisse, sed omnia honesta ibi re-  
perisse.

quibus hactenus dicta variè confirmantur & nova argumenta pro Templariis suppeditantur. Communi consensu hic Magister appellatur Jacobus Mola; Cangius tamen <sup>s)</sup> docere vult eum Nolam appellatum esse. Eum Papa Clemens anno 1306. literis fraudulentis evocaverat, sub specie quod de bello sancto cum ipso consilia agitare vellet <sup>t)</sup>, sed quam callide & dolo non bono à Papa hoc factum fuerit, partim exinde constat, quod supra <sup>u)</sup> observaverimus, Papam jam à tempore coronationis sub finem anni præcedentis factæ clandestina consilia de extirpatione Templariorum agitasse, partim ex eo confirmatur, quod teste Mezeræo <sup>x)</sup> quamprimum cum sexaginta equitibus aliis Parisios venisset Magister, captivitas Templariorum à Rege mandata fuerit. Papa tres Cardinales commissarios constituerat, ut ipsi hunc Magistrum cum aliis quibusdam præcipuis ex ordine interrogarent. Rescriperunt Cardinales, Magistrum & reliquos confessos esse abnegationem Christi, & expunctionem su-

G 2

per

<sup>s)</sup> in Glossario voce *Templarii*.

<sup>t)</sup> Mezeræo p. 800. Gurtl. §. 224. pag. 410. Raynaldus ad ann. 1306. §. 12. referens bullam papalem ad Magistrum Hospitalium simul vocatum, ubi notabilia sunt verba: *Super quibus tecum & cum dilecto filio magistro domus militie templi, de quorum circumspetâ probitate, & probatâ circumspetione ac vulgâ fidilitate fiduciam obtinamus, deliberandum decrevimus & tractandum.*

<sup>u)</sup> §. 43.

<sup>x)</sup> pag. 800. seq. Puteano vero non est vitio vertendum, quod hanc circumstantiam omiserit p. 57. seq. utpote quæ ejus scopo minime inserviebat.

per crucem, item articulum de capitebus idolorum & reliqua, quodque Magister cum aliis duobus præcipue petierint reconciliationem cum ecclesia, quæ etiam ipsis fuerit promissa *y*). Intercessere etiam Cardinales dicti coram Rege, ut eos mitius tractaret, intuitu illius confessionis ingenuæ *z*). Sed novis commissariis anno 1309, constitutis cum hi vellent repetere examen cum Magistro, hic vocatus dixit, quod per integrum decennium in ordine fuerit, & nunquam aliquid mali in eo observaverit, sed quod tamen paratus sit omnia facere, quæ vellent. Tum vero commissarii judicantes ex his verbis & gestibus hominem esse fatuum & mentis non compotem *a*) ulterius illo tempore non processerunt *b*), & ad Episcopum Parisiensem sub prætextu, quod ex ordine fugitivus esset, remiserunt, sed nihilominus tamen post triduum iterum examinarentur *c*), an velit defendere ordinem? Affirmante vero id Magistro & quidem verbis nullam stultitiam sed summam prudentiam testantibus *d*) commissarii eum admo-

*y*) Vides hic artificium Inquisitorum eliciendi falsas confessiones ab innocentibus sub fraudulenta promissione impunitatis, quod latius describit Limborch. *d.l. 4. c. 14.*

*z*) Puteanus *pag. 28.*

*a*) quia videlicet ipsis contra quam expectaverant respondebat, ipsique non satis erant præparati ad hanc responsionem, unde revera fatuo hoc prætextu propriam fatentur turpitudinem.

*b*) More Inquisitoribus consueto ut notat Limborch. *p. affim.*

*c*) Unde pater, nudum fuisse prætextum, quod ad Episcopum Parisiensem remittendus esset.

*d*) Ob studium brevitas nolumus describere, legi possunt apud

admonuerunt, ut probe cogitaret, quid facere vellet, & quod jam contra se & ordinem confessus fuisset e) & inculcarunt, quod in causa haereseos & fidei simpliciter & absque consilio & advocate procederetur f). Tum prælecta Magistro propria confessio contra ordinem coram prioribus Commissariis facta, eum tali modo commovit, ut præ admiratione crucis signo se signaverit, ac ipsis gravissimam mendacii vindictam imprecatus fuerit. Contra commissarii spatium deliberandi ei concesserunt, utrum ordinem defendere vellet, simul cominantes, quod ecclesia haereticos contumaces seculari brachio tradere soleat: Eaque comminatione effectum, ut spatio deliberationis elapsa, Magister quædam in honorem ordinis sui, & de ejus fide Catholica, & de sua literarum ignorantia ac pauperitate præfatus solum ad Papam ipsum provocaret. Postea anno 1312. Magister cum aliis tribus sociis coram Papa & Rege proposita ipsis vitæ spe & impunitate g) confirmarunt primam confessionem contra ordinem. Sed extructo publice theatro cum Commissarii Papæ adstanti multitudini populi declarassent, Magistrum

G 3

&amp; re-

apud Puteanum p. 37. seq. unde hæc & sequentia excerptimus sed summationem faltem, ut omnino hic à Lectore conferendum sit ipse Puteanus & ipsa quoque relatio commissariorum historiæ Puteani subiecta p. 123. seq.

e) Agnoscis hic quam Inquisidores horrescant defensiones rerorum.

f) Habet iterum confessionem propriæ turpitudinis. add. Limborch. d. l. 4. c. 15.

g) Quæ jam excerptimus vid. apud Puteanum p. 58. seq. sed add. Villaneum apud Limm. p. 48. 37.

& reliquos confessionem publice repetituros esse, ac ea propter ad carceres perpetuos saltē & quasi in gratiam esse condemnatos, b) præter spem judicium Magister ordinis & alius quidam revocarunt confessionem, & declararunt ordinem esse sanctum, ac se, quæ fecissent, ex persuasione Regis & Papæ fecisse, seque paratos esse hanc veritatem morte sustinere. Tum cum paulo post ad supplicium ducerentur, gravi oratione i) Magister innocentiam ordinis contestatus est, & quamvis admoto paulatim igne primoribus pedibus torqueretur, ut scelerum confessionem iteraret, non potuit tamen ab hujus orationis constantia ullis tormentis avocari.

Templarii  
condemnati  
inauditi &  
indefensi,  
aliaque ar-  
gumenta no-  
va pro ista.

§. L. Modus hic procedendi cum Magistro ordinis observatus firmiter persuadet quemvis impartiali-  
lem, processum cum reliquis Templariis non fuisse meliorem nec saniorem, adeoque occasio data fuit scri-  
ptoribus

b) Ipse Puteanus p. 60. hanc circumstantiam ex historico Gallico adnotavit.

i) Vid. eam apud Marianam d. l. 15. c. 10. & Paulum Æmilium cuius locum exscripsit Raynaldus ad an. 1313. n. 39. f. 132. ubi diversa quidem verba deprehendes sed eundem sensum. Videlicet quia videntur uterque sensum orationis ex Italico Villanei (apud Limn. d. p. 37.) in latinum idiomam transtulisse, ut adeo non opus habeat Puteanus p. 59. eam orationem tanquam effectam rejicere. Mariana inquit en rapporte, dit il, les propres paroles (neque hoc verum est, nam verba Mariana sunt: HUJUSMODI verba fecisse probata fidei autores affirmant) Paul Emile en dit autant: (Eriam hic dicit: HUJUSMODI verba fecisse) mais en divers termes, ce qui fait croire, que ce sont choses inventées & faictes à plaisir,

ptoribus nova inde argumenta defūmendi pro justitia  
Templariorū, fuisse videlicet Templarios condem-  
natōs inauditos & indefensos, imo in defensione po-  
tius impeditos, judices & commissarios priores non  
sine verisimilitudine fuisse à Templariis accusatos,  
quod falsas confessiones ipsis affixerint, apologetas &  
protestationes reorum nulla ratione aut conjecturā ve-  
rosimili esse refutatas, reos has protestationes con-  
stantissimè repetiisse nec per vim tormentorum ma-  
ximorum, aut promissione impunitatis potuisse ab hac  
constantia amoveri. Imbecillis vero est responsio ad  
hoc ultimum argumentum cum nonnulli dicunt, istam  
constantiam pro firmo signo innocentiae haberi non  
posse, cum exemplis doceamus, fuisse aliquando dia-  
boli quam Dei martyres obstinatores. Nam valeret  
forte responsio haec, si versaremur in materiā mathe-  
maticā non morali, aut, si hac conjecturā solā utere-  
mur contra plures conjecturas pro contrariā parte mi-  
litantes, uti contingit v. g. in latronibus obstinatis.  
Nunc cum contra Templarios nullæ firmæ conjectu-  
ræ militent, præter generalem illam, quæ judicibus  
& actis in dubio taveret, & haec conjectura nostra de  
constantia reorum accedat aliis, gravibus sanè & præ-  
gnantibus, quas, etiamsi sola parum inferret, auget  
tamen & majus pondus ipsis addit, constat, responsio-  
nem illam nihil valere. /)

## §. LI. Sunt

l.) Limn. d. I. p. 38. Bæcl. d. I. rat. pro Templ. i. in fine § 3. Ad-  
de omnino quæ refert Puteanus p. 43. -- 46. à defensori-  
bus ordinis contra processum fuisse objecta, quæ hacte-  
nus

*A multis  
Templarii  
pro marty-  
ribus habiti-  
& quale in-  
de argumen-  
tum.*

§. Ll. Sunt & alia argumenta illustrantia, non directè probantia ad hunc locum commodè pertinentia, atque adeo non plane omitienda. Scilicet de innocentia Templariorum plurimillo tempore ita firmiter persuasi fuerunt, ut eos pro martyribus colerent. Dubitavi quidem eâ de re supra <sup>m)</sup> sed dubium eximit Tyrius. <sup>n)</sup> Scilicet Martyres hic pro innocentibus & orthodoxis sumuntur in sensu paululum laxiore, sunt equidem, qui statuunt, maximam fortè causam persequendi Templarios fuisse, quod inceperint impugnare tyrannidem Cleri, & ita aliquo modo inclinaverunt in partes Albigensium seu Waldensium <sup>o)</sup>, quo intuitu fortè ad Martyres propriè dictos referri possent; sed ea de re apud scriptores alios nihil me legisse memini. Fateor quoad judicium de Martyrio, si qui id proprie intellexerunt, quædam ex superstitione magis quam ex sanâ ratione fuisse immixta, unde <sup>¶</sup> & aliis

nus dicta confirmant, ita ut mirandum sit, Puteanum adversus ista iterum nihil regessisse, et si non sit mirandum, quod commissarii (<sup>p. 45.</sup>) istis gravibus qu' erelis nil aliud opposuerint, quam privilegia processus Inquisitorii in criminis harcseos.

<sup>m)</sup> *Supra* §. 3. lit. c.

<sup>n)</sup> l. 5. c. 13. Tantam integratam opinionem nonnulli reliquit, (Magister ordinis) ut ossa atque cineres ejus colligerent, Martyremque cum faterentur, ac omnes Templarios paracruciatu extintos postea colerent, tanquam sanctitate conspicuos. addere Gurtl. §. 224.

<sup>o)</sup> Vid. Excerpta ex Libro Gallico, de presagiis interitus Imperior. ap. Dn. Præf. in cogitat: mens. Germanicâ an. 88. mens. Octobr. pag. 472. conf. Arnoldi Histor. Hereticorum germanicorum scriptam lib. 14. c. 5. §. 3.

aliis innocentiam Templariorum exinde probare voluntibus, quod quorundam togæ vel plane non vel difficillime crematae sint, false quidem sed non absque ingenio respondit, togas fuisse innocentes, sed Templarios fuisse nocentes, adeoqve facillime igne combustos; p) hæc tamen, quæcunqve etiam fuerit, supersticio, inde ortum sumvit, quod propter indicia quasi palpabilia haçtenus demonstrata communis populi persuasio fuerit, Templarios esse innocentes. q)

§. LII. Fuerunt etiam, qui scriberent, Magistrum An à morte Ordinis in tormentis supplicii citasse & Regem & Papam ad tribunal divinum, hunc intra diem 50. illum intra annum. Et certum quidem est, utrumqve intra illud spatium esse mortuum, Papam quidem variis morbis dolorificis affectum, Regem vero etiam misere post casum ex equo r) ad plures abiisse, sed tamen ipsam citationem à Magistro factam esse, fundamento destitui notat Mezeræus, forte quod ex coævis scriptoribus nemo ista memoraverit, & quod nonnulli ut Baptista Fulgosius s) tale quid de alio Templariorum, Neapolitano, Burdigalæ cremato narrent. Sive autem Magister ordinis sive hic alter Templarius, sive neuter, citatione ad Tribunal Christi usi fuerint, ipsa tamen mors utriusqve paulo post contingens & ipsius

H

circum-

p) Putean. p. 61.

q) Conf. Limn. d. p. 38. n. 7.

r) Mezeræus p. 807. Gurtler. §. 226. Ranyaldus ad an. 1314.

§. 26.

s) Lib. 1. exempl. memorab. cap. 6. adductus Hospiniano de Orig.

Monach. l. 5. c. 20. p. 338. W olffio Memorb. Tom. I. f. 264. b.

Gurtlero §. 226.

circumstantiae argumentum præbent judicij divini ob injustitiam in ordinem commissam, <sup>t)</sup> sed non probans, verum saltē illustrans <sup>u)</sup>: certe pro intentione nostra si non majori, saltē æquali verisimilitudine inferens, quam, dum alii Regis mortem adscribunt judicio divino ob calumnias in Papam Bonifacium commissas; alii ob votum expeditionis Syriacæ saltē simulatione & arte nuncupatum. <sup>x)</sup>

*Templarii in aliis regnis cognita causa absoluti.* §. LIII. Illud vero argumentum non illustrat saltē, sed multum probat, quod cum, processu contra Templarios in Galliā sic injuste & partialiter instituto, etiam in aliis Regnis inquisitio contra eos fieret, non solum Hispaniæ in castello Salmantico in conventu undecim Episcoporum pro innocentia Templariorum pronunciatum fuerit, sed &, quod in Germania, postquam Templarii coram Archi-Episcopo Moguntinensi ejusque clero bullam papalem adversus eos publicaturo magnâ fiduciâ de innocentia sua protestati, ad futurum subfuturo Papa concilium appellassent, re ad Papam delata, & ab hoc commissione data Archi-Episcopo ejusque Clero, ut causas appellationis examinarent, ab hac synodo pariter Templarii absoluti & innocentes declarati fuerint, <sup>y)</sup> quamvis nomen &

leges

<sup>t)</sup> Limn. d. l. p. 39. n. 10. Bœcl. d. l. rat. 4. pro templ. Gurtler. d. §. 226.

<sup>u)</sup> Per dicta supra §. 10. in fine.

<sup>x)</sup> Raynald. ad ann. 1314. n. 26.

<sup>y)</sup> Limn. d. p. 38. n. 8. Bœcl. d. l. rat. 1. pro Templ. Gurtl. §. 223. ipse Puteanus p. 61. qui & fontes indicant, & duo ultimi rem cum circumstantiis, quæ legi merentur & vim argumentu augent, recensent.

leges familiæ mutaræ fuerint, personis & redditibus in  
alios ordines sacros distributis. z)

alios ordinis factos contributis, &c. LIV. Nec illud omittendum, quod ipse Papa confessus fuerit a) Concilium Viennense ob defectum processus non potuisse de jure sententiam definitivam ferre. Quamvis enim facile concedam, Papam ipsum noluisse propriam turpititudinem confiteri his verbis, sed ex principiis processus inquisitorii facile potuisse colorem inveniri ista verba explicandi de solennitatibus cilibus processus, quarum omissione est in arbitrio principis, b) ex iis tamen, quae de absolutione Templariorum alibi facta modo memoravimus justa oritur suspicio, fuisse etiam in concilio Viennensi viros honestos, qui detestarentur injustitiam illam erga Templarios commissam, & urgerent ob gravissimos defectus processus, ex regulis justitiae non posse Templarios damna-  
Ipse Papa  
confessus est,  
de jure non  
potuisse sen-  
tentiam de-  
finitivam  
contra Tem-  
plarios ferri.

H 2                      ri. Ad

z) Gurtlerus d. l.

a) In Bulla anni 1312. menſe Mayo, verbis: sacro approbante concilio, non per modum definitiva sententie, cum eam super hoc secundum Inquisitions & processus super his habitos, non posse mus ferre de jure, sed per viam provisionis seu ordinatiois Apostolice. Vid. Putean. p. 56. & 104. Gurtl. §. 221.

b) Provocat ad hunc colorem Puteanus d. p. 56. eamque in rem adducit ex Anglo Scriptore Walsinghamo sequentia.  
*Cum in Viennensi concilio tractaretur an propter vocationem singularium personarum ordinis Templariorum, vel propter actiones contra eosdem posset totus ordo damnari, propter singularium delinquentium vocaciones, cum constaret, quod dictus ordo non fuerat vocatus, definitum fuit per concilium, quod non de jure, Subiungit Puteanus: C' est pourquoi la Bulle porte, quamquam de jure non possumus, tamen ad plenitudinem potestatis dictum ordinem reprobamus,*

ri. Ad hos igitur placandos & decipiendos Papa ejusmodi verbis ambiguis fuit usus, quæ etiam de omisssis saltē solennitatibus interpretationem admitterent.

*Bona Temporium plaviorum Hospitalarii datur illorum inimicis & supra eorum virtutis.*

§. LV. Bona ordinis in Gallia Hospitalariis addita sunt c) : videlicet hostibus præcipuis Templariorum d) ob vitia d) cum Templariis communia æque infamibus e) quorum adeo Magister secundum ea quæ & que virtutis. diximus , eum in finem, ut observaret Magistrum Templariorum, & hic non evaderet periculum ipsi à Papa paratum, verosimiliter cum hoc à Pontifice evocatus fuit. Suppeditans & hæ circumstantiae novum argumentum ostendendi injustitiam processus contra Templarios, quod cum non sit obscurum, ut prolixius deducatur non est opus.

*Responsio ad Puteani articulatum.*

§. LVI. Opera potius nobis danda erit, ut respondeamus Puteano , qui ex illa circumstantia, quod bolum, na Templariorum Fisco Regio Philippi non fuerint adinde pro re dicta potissimum argumentum mutuantur g) probandi movenda.

e) Mariana loc. sep. cit. Miræus d.l. p. 13. Gurtlerus §. 222.

d) Gurtl. §. 124. 172. 203.

d) Vera illa de quibus supra egimus §. 19.

e) Gurtl. §. 161. 171. 201, p. 356. conf. supra §. 26.

f) §. 49. lit. c.

g) Postquam enim p. 29. Puteanus retulerat, in bulla papali an. 1307. scripta Clementem V. hæc verba posuisse, quod Rex Galliæ primus fuerit, qui inquisitioni in Templarios ansam dederit eamque promoverit, non typò avaritiae, cum de bonis Templariorum nihil sibi vendicare vel appropriare intendit, imo ea per decipiendos à nobis generaliter & per Prelatos regni Francie specialiter in suis diaecesis administranda in regno suo dimisit, manum suam exinde totaliter amovendo ; postea idem Puteanus p. 62. narrat, quod

processum hunc haudquam imputari debere av- Philippi a-  
ritiae Regiae, præprimis cum id disertis verbis jam an- varitia for-  
no 1397. testatus fuerit ipse Pontifex. Hic vero uti te- matum.  
stimonium Pontificis tanquam socii in re illicita & ma-  
ximi impostoris <sup>b)</sup> parum juvabit Puteanum, ita quod  
alterum attinet, de bonis Templariorum ordini Hospi-  
talario assignatis contra urgent Villaneus & ex hoc  
alii <sup>i)</sup>, quod non licuerit equitibus Hospitalariis succe-  
dere in illis bonis, nisi ingenti pecuniae summa senten-  
tiam quasi redemissent, hocque manifestissimum avari-  
tiæ signum fuisse, nec posse negari, quod Rex magnam  
partem ex bonis Templariorum abstulerit, quodque  
nec ipse nec ejus subditi ante solutionem illius magnæ  
summae quæ Hospitalarios, quasi ad paupertatem re-  
degerit, à detentione bonorum cesserit. Avaritiam  
vero Regis in genere negari non posse, cum ipse eam  
paulo ante mortem fuerit confessus. <sup>a)</sup>

§. LVII. Jam Puteanus quid ad ista? Nihil nisi *Exceptio Phu-*  
quod opponat tenorem transactionis anno 1315. inter *teani,*  
successorem, filium Philippi, Ludovicum & Magi-  
strum Hospitalariorum initæ, ob 260000. libras & alia  
debita, ob quæ bona Templariorum regi fuissent obli-  
gata propter maximas expensas à Philippo in captu-  
ram,

## H 3

Rex Gallie decretum concilii (quod per dicta p. 50. etiam disponuerat de bonis  
Templariorum tradendis ordini Hospitalariorum) statim approbasset, & quod  
Papa landans hoc institutum Regis, ipsum rogarerit, ut adjuvaret Hospitalarios  
in executione hujus decreti & cogeret injustos ac morbos detentores: Atque  
sic Hospitalarios miseros fuisse in possessionem bonorum, quæ Templarii in Gal-  
lia posseuerant. <sup>b)</sup> vid. dicta supra §. 39. n. 2. <sup>i)</sup> Putean. p. 64. Limn p. 38.  
n. 9. Boel. p. 19. in resp. ad rat. s. contra Templ. J. du Tillet Eveque de Meaux,  
dans la Chromique ab regno p. 97. En ce temps (1309.) les Templiers furent pu-  
nis de toutes parts. Et repandant par le consentement du Pape le Rey se suffit  
de la plus grande partie de leur revenu. <sup>d)</sup> Boel. d. l. Mezeraus p. 807.

rani, carceres & processum Templariorum factas, non quasi, (ut expressis verbis scriptum legatur in dicta transactione) Hospitalarii non fuissent statim ab illo tempore in possessione & jure utendi illis bonis Templariorum, sed quod tempus impendendum tuerit in examinandas rationes eorum, qui bona hæc interim administraverant, & quod interim multa mobilia & credita ordinis hactenus occulta fuerint detecta; Igitur transactione conventum fuisse, ut loco harum prætensionum Regi ab ordine cederentur duæ tertiae mobilium omnium & pecunia creditæ, immobilia vero omnia salva manerent Hospitalariis. Ex his vult Puteanus apertum esse, quod sine causa Philippus hic male audiat ob avaritiam, quia bona immobilia non tetigerit, sed saltem justo & oneroso titulo duas tertias mobilium sibi vindicaverit, exigui res valoris, si consideres magnitudinem status Regii, in quo tales summae citò dissipentur. m)

*Reffonsiones  
ad eam.*

§. LVIII. Nobis autem ad hanc apologiam Philippi pacis liceat regerere. (1) Ita non plene explicari Villanei & aliorum querelas, qui dum dicunt, Hospitalarios sententiam concilii Viennensis ingentibus summis quasi redemisse, non solum respiciunt pecuniam Philippo solutam, sed & sumptus haud dubie majores, quos fecerunt in emenda sententia ipsius concilii, cum non præsumendum sit, quia omnia venalia Romæ sunt secundum commune proverbium, Patres Concilii & Papam gratis bona illa ordini addixisse n) (2) Non omnia quæ in

m) Puteanus p. 65.

n) Mariana d. lib. 15. cap. 10. in fine. Bona Hospitalariis addicta, quo illo tempore Rhodium insulam Turcis eriperant, unde major adpopulum gratis; spesque; posse per eos bellum in Syria instaurari. Hæ scilicet causa prætextibus annumerandæ, vel certe sic intelligendæ ut non excludant pretium, quo vota patrum emerant Hospitalarii.

in transactionibus ponuntur vera sunt. Si in testamentis falsa cause ponuntur, ut propterea regula de eorum intellectu & an legatis noceant, opus fuerit, facile presumendum, talia multo magis fieri in transactionibus, contractibus, pacis instrumentis & similibus. (3) Puteanus qui solet favorabilia saltem excerpere ex documentis ad quæ provocat, non dedit integrum transactionem. (4) Ipsa quæ excerpta satis monstrant, palliatam fuisse variis excusationibus tam diutinam detentio nem bonorum etiam immobilium. (5) Denique saltem probant hæc omnia, Regem non multum lucratum fuisse ex hoc processu, sed auctiua Pontificis esse deceptum, non probant Regem haud inhiasse bonis Templariorum, aut avara spe multum lucrandi non incepisse processum. Communiter nimium avari fraudantur spe sua. Ipsa vero fraudatio propterea non suppeditat argumentum avaritiam eorum removendi.

§. LIX. Quare utri in Puteano id laudandum, quod ipse multis suppeditaverit circumstantias ex ipsis documentis & archivō regio, quæ in aliis scriptoribus non occurunt, ita tam men constat, quod ex ipsis illis documentis planè aliam ideam & connexionem circumstantiarum sibi imaginaturus sit historicus extra omnes partes positus, quam qui partis causam agit, advocatus, qui multa omittit ad rem pertinentia, & quæ sibi favent à reliquis circumstantiis separat. Si scopus noster idadmitteret, quam cautè etiam summam documentorum illorum exhibuerit Puteanus, consideremus tamen ex iisdem documentis cum maxima verisimilitudine ostendere, ideo Philippum contra Papæ monitum tam subito à capturâ Templariorum initium fecisse, ut statim & bona ad eos pertinentia ipse sibi vindici caret, Papam contra omnes cautelas ex jure Canonico & arte hypocritica adhibuisse, ut ne quid respublica ecclesiastica, ex qua intuitu bonorum immobilium nulla alias redemptio, damnum pateretur, Regem vero cum videret, se retinere bona non posse, omnes cautelas adhibuisse ex jure Civili


Regem à Cle-  
ro & Pontifi-  
ce insigniter  
fuisse dece-  
ptum.

Civili & arte rabulistica ut saltem aliquid lucraretur. Tandem post multas fraudes mutuas eo rem evasisse, ut ab utraqve parte deplumarentur Hospitalarii, & maxima lucri pars apud ecclesiam remaneret, modica sub colore restitutions impensarum ad Philippum perveniret.

*Judicium de  
toto scripto  
Puteani.*

§. LX. Tantum igitur abest, ut Puteanus causam Regis quam sibi agere proposuit, sic defenderit, ut apud lectores qui partes neutras tenent, applausum mereatur, ut potius ex ipso ejus libro quis in sententia de innocentia Templariorum confirmetur. Certè si quis tractatu huic proœmium & epilogum adimeret, & reliqua legeret, is potius sibi persuaderet Autorem illam historiam composuisse defendendorum Templariorum causa, & proœmium & epilogus parum coherent cum ipsa historiâ : Forte ista suspicione suâ verisimilitudine non destituentur, si quis dicat, Puteanum, cuius officium erat defendere jura Regni Galliæ, vel intuitu officii sui, vel & ab amicis admonitum tentasse, an ex circumstantiis historicis defendere Philippum posset; Sed cum postea re consecrata in revisione opusculi videret, suam hanc defensionem tantinon esse, ut applausum eruditioris orbis mereretur, eum studio id suppressisse. Frater vero ejus post mortem, vel tali judicio non pollens, vel etiam cum attentione scriptum non perlustrans id edidit, & forte etiam proœmium & epilogum ipse addidit, atque sic præter intentionem magis inserviit eo palpabilius ducenda innocentia Templariorum, quam quidem defensioni Regiæ, quod haec tenus ostendere laboravimus; & sic fine obtento discursu nostro finem imponimus.





00 A 6408



W017  
Rheo /





38 40.

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>L<sup>I</sup>G<sup>U</sup>R<sup>A</sup>L<sup>I</sup>S  
JURIS GENTIUM,  
DE  
**TEMPLARIORUM**  
**EQUITUM ORDINE**  
**SUBLATO,**

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELM<sup>O</sup>,**  
PRINCIP<sup>E</sup> BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, AC DUCATUS MAGDEBURGICI  
GUBERNATORE &c. &c.  
IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA,  
Ex decreto Illustris Facultatis Iuridicae  
PRÆSIDE  
**DN. CHRISTIANO THOMASIO, JCTO,**  
S. REG. MAJ. BORUSS. CONSIL. & PROF. PUBL.  
h. t. DECANO,  
**PRO LICENTIA**  
Summos in utroque Jure honores & DOCTORALIA  
Privilegia legitime consequendi,  
IN AUDITORIO MAJORI,  
Horis ante- & pomeridianis,  
Solemni Eruditorum Disquisitioni submittit  
**JOHANNES JACOBUS STIPPE,**  
Iserlohnâ Marcano-Guestphal,  
Ad D. i. Aug. M DCC V.  
HALÆ, LITERIS SALFELDIANIS.